DE VERSUUM
DOCHMIACORUM ORIGINE.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLUS PICKEL

ISENACENSIS.

ARGENTORATI.

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXX.

56

Buchdruckerei von G. Otto in Darmstadt.

PARENTIBUS CARISSIMIS

S.

LIBER I.

DE VERSIBUS SYNCOPATIS QUI DICUNTUR.

CAPUT I.

§ 1.

Disciplinae metricae qui hoc tempore operam dederunt, cum id praecipue ut adsequerentur sibi proposuissent, ut numerorum diversorum a poetis antiquis intra eandem stropham coniunctorum aequalitatem cognoscerent vel restituerent, nova et clarissima lux affulsit huic arti lege syncopae, quam e veterum rhythmicorum praeceptis de syllabis longis trisemis et tetrasemis primum a Rossbachio vel Westphalio[1] erutam hic ita statuit[2]: „Sowohl im Inlaute, wie im Auslaute der Reihe kommt es vor, dass die *ἄρσις* oder der leichte Tacttheil eines Einzelfusses nicht durch eine eigne Silbe dargestellt ist. Im Auslaut nennt man dies Catalexis, für den Inlaut haben wir hierfür das der Grammatik entlehnte Wort Synkope übertragen. Der Zeitumfang jenes Tacttheiles wird entweder durch eine Pause oder durch Dehnung der vorausgehenden *θέσις*-Silbe ausgedrückt, die in diesem Falle den Umfang eines ganzen Einzelfusses erhält. Und zwar kann die Pause nur da stattfinden, wo die *θέσις*-Silbe ein Wort-

---

[1] Griech. Rhythm. p. 150 et 151. Metr. ed. I. vol. III praef. p. XX—XXII.

[2] Fragm. u. Lehrsätze der griech. Rhythm. p. 262.

ende bildet (bei einer τομή oder im Versende); bei einer Wortbrechung tritt Dehnung ein."

Hac lege et vera versuum non paucorum ratio aperitur, et eicitur e doctrina metrica versus antispasticus qui dicebatur, et liberantur strophae iambicae farragine intermixtorum versuum iambico-trochaicorum, iambico-creticorum, aliorum, itemque trochaicae creticorum, paeonicorum, aliorum ita, ut plane adstipuler legis auctoribus, cum eam in legibus principalibus referant artis metricae atque sic praedicent[1]: „Sie ist der Ariadnefaden, der uns aus dem wüsten Labyrinthe der Antispasten, Jambo-cretici, Ischiorrhogici zum klaren Blicke in die lichtvolle Ordnung und Einheit der Strophe führt."

Nihilominus haud paucae supersunt strophae, ad quarum plenam numerorum continuitatem restituendam hac lege destituti esse sibi videbantur illi viri docti atque non posse non alteram legem statuere, quam dicunt legem epimixeos numerorum alloeometricorum.[2] At careri posse hac lege plurimis locis contenderim, dummodo illa rectius statuatur quam a legis auctoribus est factum. Qui mihi in eo errasse videntur, quod non satis respecto discrimine rhythmorum descendentium et adscendentium normam ab illo genere derivatam immutatam ad hoc quoque adhibuerunt. Praeterea versuum haud paucorum naturam cognovissent, si de altera syncopae ratione voluissent accuratius quaerere, qua arsis sublata vacuo tempore est compensata.

In editione vero altera libri de re metrica conscripti tantum abest Westphal, ut hoc addat eiusque quod antea neglexit generis rhythmici respectu habito legem de syncopa propositam moderetur, ut in hac re non tam veterum rhythmicorum quam metricorum praecepta esse premenda statuat, inprimis Hephaestionis. Qui cum versus syncopatos asynartetos appellet, hoc nomen esse recipiendum.

Quidquid de Hephaestionis in rebus metricis auctoritate iudicatur, versuum syncopatorum rationis ignarissimum eum

---

[1] Metr. l. l. p. XXII.
[2] Metr. l. l. p. XIX et XX.

fuisse affirmaverim. Quod cum appareat ex versuum illorum definitione (Heph. cap. XV): *Γίνεται δὲ καὶ ἀσυνάρτητα, ὁπόταν δύο κῶλα μὴ δυνάμενα ἀλλήλοις συναρτηθῆναι μηδὲ ἕνωσιν ἔχειν ἀντὶ ἑνὸς μόνον παραλαμβάνηται στίχου,* magis idem docet ratio, qua versus in cola dividit. Nam cum cola non finiat nisi ubi *τομή* est, fieri potest, ut eosdem versus, inter quos nullum discrimen intercedit, nisi quod diversis locis verba finiuntur, alios aliis colis esse compositos statuat. Luculentum exemplum est explicatio tetrametrorum trochaicorum syncopatorum horum a Sapphone compositorum:

ἔστι μοι καλὰ πάϊς χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν
ἐμφερῆ ἔχοισα μορφὰν, Κλεηὶς ἀγαπατά [1],

quorum priorem non male dicit constare *ἐκ τροχαϊκοῦ ἑφθημιμεροῦς* i. e. ex tetrapodia troch. catal. *ἔστι μοι καλὰ πάϊς* et ex dimetro acatalecto *χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν,* alterum vero, quo *τομή* posteriore loco fit, ex dimetro troch. acat. *ἐμφερῆ ἔχοισα μορφάν* et ex iambico hephthemimere *Κλεηὶς ἀγαπατά,* quae explicatio quamquam ne Westphalio quidem probatur, nihilominus is in ceteris omnibus Hephaestionem auctorem sequitur.

§ 2.

Prius quam altera libri de re metrica conscripti editio a Westphalio publici iuris facta est, Fridericus Goldmann [2] (id quod ego quoque proprio Marte conieceram), quam legem statuerant viri docti, arsi aliqua sublata praecedentem thesin fieri trisemam, eam ad iambicos quoque versus pertinere negavit. Nimirum versuum trochaicorum quidem, quorum rhythmus sit descendens, arsin suppressam ait Goldmann esse compensandam productione theseos praecedentis, quippe quae sit thesis eiusdem pedis, qui arsi careat. Idem vero si statuatur de versibus iambicis, rationem haberi neque rhythmi adscendentis, quo hi versus insignes sint, neque pedis, qui arsi

---

[1] *Κλεηὶς* restituit Ahrens pro *Κλεῖς* codd.
[2] De dochmiorum usu Sophocleo, Halis 1867, p. 67–69.

careat, cum compensetur arsis thesi praecedentis pedis prolongata, qui una mora hoc modo augeatur, qua mora pes sequens careat. Exempli gratia ex versu trochaico — ◡ | — ◡ | — ◡ sublata arsi secunda proficisci — ◡ | — | — ◡, cum suppressa arsis intra eundem pedem compensetur; contra in iambico ◡ — | ◡ — | ◡ —, si secunda arsi syncopata una mora addatur thesi praecedenti (◡ — | — | ◡ —), secundo membro adimi unam moram et iniusto modo integro membro primo insuper addi, ut iam versus non ex tribus pedibus paribus, ternarum scilicet morarum, constare videatur, sed ex pede quattuor et pede duarum et pede trium morarum. Quos pedes diversos si in eodem colo miscuerint poëtae, magnam inde numerorum exoriri inaequalitatem ab arte rhythmica alienam.

Itaque adscendentem versuum iambicorum rhythmum flagitare, ut arsi aliqua sublata non prior sed posterior thesis producatur. Sic compensari intra eundem pedem arsin syncopatam, cum thesis eiusdem pedis trisema fiat, sic et summam aequabilitatem restitui et omnes pedes esse pares, ternarum scilicet morarum, cum eodem modo atque in versibus trochaicis thesis trisema per se pedem efficiat: ◡ — | — | ◡ —.

Haec fere Goldmann.

Qui haud scio an aptius quam tripodias prolaturus fuerit dimetros aut trimetros aut tetrametros, ut ostenderet in his dipodiarum aequalitatem restitui, quoniam constat versus et trochaicos et iambicos longiores plerosque in dipodias, non in singulos pedes esse secernendos, et quoniam multo frequentius occurrit id genus versuum syncopatorum iambicorum, quo arsis dipodiam incipiens id est arsis impari loco posita, quam id quo arsis loco pari collocata tollitur, ut in usitatissimo dimetro: ◡ — ◡ — | — ◡ —. Quem Westphal veteres non potuisse non ita secernere in duas partes contendit, ut prior sive thesis sit septem morarum id est *ποὺς ἑπτάσημος ἐν λόγῳ ἐπιτρίτῳ* ◡ — ◡ —, posterior sive arsis quinque morarum id est *ποὺς πεντάσημος παιωνικός* — ◡ —,[1] cum nostra legis mode-

---

[1] Metr. ed. I vol. III p. 139. System der antiken Rhythmik p. 67.

ratione accepta duae illae dipodiae inter se pares sint, senarum scilicet morarum: $\underbrace{\text{⏑ – ⏑ –}}_{6}\ \underbrace{\text{⏗ ⏑ –}}_{6}$.

His rationibus commoti conicimus legem syncopae sic esse statuendam:

A r s i s p e r s y n c o p a m s u b l a t a p o t e s t c o m p e n s a r i p r o d u c t i o n e t h e s e o s e i u s d e m p e d i s, i n v e r s i b u s t r o c h a i c i s p r a e c e d e n t i s, i n i a m b i c i s s e q u e n t i s.

§ 3.

Hanc legis syncopae conformationem ex libello Goldmanniano cognitam in editione altera Westphal improbat tribus prolatis causis,[1] quarum primam et tertiam hic examinare liceat; de altera quid sit iudicandum, infra ex paragrapho 7 apparebit.

P r i m a m profert causam analogiam, quae inter versus iambicos syncopatos vel, ut aptius dicatur, asynartetos intercedat et trochaicos. Et holocleros et syncopatos versus iambicos nihil esse nisi trochaicos anacrusi auctos. Eandem igitur rationem, quae sit inter versum holoclerum trochaicum et iambicum (–́ ⏑ –́ ⏑̄ –́ ⏑ –́ et ⏑̄ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́) intercedere debere inter eosdem versus syncopatos (— ⏑ — — ⏑ — et ⏑ — ⏑ — — ⏑ —), qui ita sint describendi: — ⏑ — — ⏑ — et ⏑ — ⏑ — — ⏑ —.

Quod cum statueret, neglexit rationem, quam ipse olim amplexus erat in his disciplinis tractandis et omnibus sequendam proposuerat, ut nihil certo posset statui nisi quod veteres rhythmici, praeter ceteros qui primum inter eos obtinet locum Aristoxenus, vel praecepissent vel quod diligenter excussis eorum testimoniis posset erui, omnes autem leges aut ex recenti arte musica iis obtrusae aut ad propriam et peculiarem sententiam fictae abicerentur.[2]

Sane ista numerorum iambicorum ratio accommodata est ad hodiernae artis musicae praecepta, in qua lex valet,

---

1 Praef. p. X.

2 Fragm. u. Lehrs. d. gr. Rhythm. p. 7 et 8.

tactum quem dicunt nisi a thesi non posse incipere; ubi arsis initium faciat cantici, eam esse seiungendam tanquam anacrusin, quam nostrates dicunt *Auftakt.* Prorsus vero aliam fuisse rationem veterum, qui numeros ita mensi sint, ut modo a thesi modo ab arsi inciperent tactum, aperte, ut ambiguum esse non possit, demonstrant quae veteres rhythmici tradiderunt de differentia pedum rhythmicorum per oppositionem facta (*διαφορὰ ἀντιθέσει* sive *κατ' ἀντίθεσιν*), quam ultimam ex septem quas discernunt differentiis (*μεγέθει, γένει, ἄλογοι, ἀσύνθετοι καὶ σύνθετοι, διαιρέσει, σχήματι, ἀντιθέσει*) enumerant.

Aristox. *ῥυθμ. στοιχ.* 300 Mor. ex Marquardti emendatione hanc differentiam sic exponit: *Ἀντιθέσει δὲ διαφέρουσιν ἀλλήλων οἱ τὸν ἄνω χρόνον πρὸς τὸν κάτω ἀντικείμενον ἔχοντες. Ἔσται δὲ ἡ διαφορὰ αὕτη ἐν τοῖς ἴσοις μέν, ἄνισον δὲ <τάξιν> ἔχουσι τῶν ἄνω χρόνων <καὶ> τῶν*[1] *κάτω.*[2]

Cum his consentiunt ea quae ceteri rhythmici tradiderunt. Sunt vero haec:

Aristid. p. 51, 20 Westph. *ἑβδόμη ἡ κατὰ ἀντίθεσιν, ὅταν δύο ποδῶν λαμβανομένων ὁ μὲν ἔχῃ τὸν μείζονα χρόνον καθηγούμενον, ἑπόμενον δὲ τὸν ἐλάττονα, ὁ δὲ ἐναντίως.*

Mart. Cap. de nupt. Phil. et Merc. IX p. 366, 2 Eyssenhardt.: „Septima quae per oppositionem fit id est cum duobus pedibus acceptis unus habet prolixius tempus, quod praecedit ex ordine; illud autem tempus quod insequitur angustius, vel cum per contrarium ordinem tempora praedicta vertuntur.“

Deinde Aristides discernit iambum a trochaeo ut diversum numerum p. 56, 7 Westph.: *Ἐν δὲ τῷ ἰαμβικῷ γένει ἁπλοῖ μὲν πίπτουσιν οἵδε ῥυθμοί· ἴαμβος ἐξ ἡμισείας ἄρσεως καὶ διπλασίου θέσεως, τροχαῖος ἐκ διπλασίου θέσεως καὶ βραχείας ἄρσεως.*

Mart. Cap. p. 369, 25 Eyssenh.: „Nunc iambica memoremus. In quo genere numeri inconpositi erunt quattuor, conpositi per copulam duo, at vero per periodum sunt duo-

[1] Marquardt *τόν.*

[2] Cod. Vaticanus: *ἀνίσον δὲ ἔχουσι τῷ ἄνω χρόνῳ τὸν κάτω* Westphal eundem sensum restituit atque Marquardt scribens *ἀνίσως δὲ ἔχουσι τὸν ἄνω χρόνον καὶ τὸν κάτω τεταγμένους.*

decim. Qui igitur incompositi erant isti sunt: iambus ex dimidia elatione et positione quae gemina est. trochaeus ex duplici positione et elatione quae brevis est.“

Denique Bacchius in *εἰςαγωγῇ τέχνης μουσικῆς* p. 67, 29 Westph. hoc tradit: *Ἴαμβος. σύγκειται δὲ ἐκ βραχέος καὶ μακροῦ χρόνου· ἄρχεται δὲ ἀπὸ ἄρσεως. . . . . Χορεῖος. συνέστηκε δὲ ἐκ μακροῦ καὶ βραχέος χρόνου· ἄρχεται δὲ ἀπὸ θέσεως. . . .* et p. 68, 11: *Μεταβολὰς οὖν πόσας λέγομεν εἶναι; Ἑπτά. Τίνας; Ταύτας· συστηματικὴν, γενικὴν, κατὰ τρόπον, κατὰ ἦθος, κατὰ ῥυθμὸν, κατὰ ῥυθμοῦ ἀγωγὴν, κατὰ ῥυθμοποιίας θέσιν·* et p. 68, 26: *Ἡ δὲ κατὰ ῥυθμοῦ ἀγωγὴν ποία; Ὅταν ῥυθμὸς ἀπὸ ἄρσεως ἢ θέσεως γένηται.*

Haec satis demonstrant veteribus iambos non fuisse trochaeos anacrusi auctos, sed diversos ab his numeros, neque seiunxisse eos arsin primam numeri, sed aut a thesi aut ab arsi visum esse incipere numerum. Atque quamquam cum ceteri viri docti tum ipse Westphal[1] ea re potissimum differre nostrae musicae et veterum rhythmicae rationem concedunt, tamen versus iambicos nihil esse nisi trochaicos anacrusi auctos quomodo contendere possit Westphal, valde miror.

Alii hanc numeri iambici explicationem repugnare veterum praeceptis videntur quidem sensisse, sed cum nimis inveteratum esset praeceptum hodiernae musicae quam quod ut abicerent a se possent impetrare, sese ipsi fefellerunt ita, ut dicerent hanc differentiam nullam fere vim habere, quippe quae ad externam tantum divisionem syllabarum, quibus rhythmus efficeretur, spectaret, ac nomina quidem et significationes versuum posset mutare, non posset evertere ipsius rhythmi vim ac naturam.[2]

Esse autem hoc discrimen inter rhythmum descendentem et adscendentem, ut in hoc secundi dipodiae pedes, in illo primi maiorem ferant ictum, quod primus Guilelmus Studemund

---

[1] Fragm. p. 228—233. Allg. Metr. p. 353 et 354. System der ant. Rhythm. p. 50 sqq.

[2] Bellermann, de metris Sophocleis veterum rhythmicorum doctrina explicandis, Progr. des Berlin. Gymnasiums zum grauen Kloster 1864 p. 17; Rossbach, griech. Rhythm. p. 162.

praeceptor meus descriptione versuum iambicorum significavit[1] et in scholis confirmavit, mihi quoque probatur.

Pernego itaque verum esse quod Westphal contra coniecturam nobis probatam protulit primum, versus iambicos esse trochaeos anacrusi auctos.

Tertio loco contra Goldmannum profert Westphal hymnos a Mesomede compositos. In quibus cum versus catalectici ita notis musicis sint instructi, ut paenultimam syllabam esse trisemam appareat, etiam in mediis versibus non sequentis, sed praecedentis theseos prolongatione arsin, quae sublata fuerit, esse compensatam dubium esse non posse.

Ac profecto si illud est verum, non potest non hoc concedi. Sed negaverim notationem esse eiusmodi, e qua necessario illud sequatur. Cum e Westphalii verbis, quomodo res sese habeat, non possit intellegi, paulo uberius capita rerum tangam.

In hymno a Mesomede in Musam tetrapodiis iambicis holocleris et catalecticis mixtis composito, cuius notationis maxima pars in codice Marciano Veneto saeculi XI est servata,[2] cum in versibus holocleris numerus syllabarum et

---

[1] De canticis Plautinis p. 22 sqq.

[2] Codex Marcianus Venetus graecus VI 10 membran. fol. saec. XI teste Rudolfo Schoellio, qui anno 1867 hunc librum obiter inspexit, in fine continet hymnos Mesomedis:

Εἰς μοῦσαν

ἴαμβος *ἴαμβος βακχεῖος*

⊂ζζ ΦΦ Φ ⊂⊂ σπονδ Φ μ μ
ἄειδε μουσα μοι φίλη *μολπῆς δ᾽ἐμῆς κατάρχου*

ζ – ξ ζ ζη Η Ι Ι μ ζ Η Ι Φ⊂ Ρ μ Φ⊂
αὔρη δὲ σῶν ἀπ᾽ ἀλσέων *ἐμὰς φρενας δονείτω* etc. etc.

deinde *ὕμνος εἰς ἥλιον* *εὐφαμείτω πᾶς αἰθὴρ κτλ.* soli versus 6—13
⊂ ι μ
(*φοῖβος ἀκερσεκόμας — αἴγλας πολυδερκεα πάγαν*) notis musicis instructi sunt.

ὕμνος νεμέσεως †
νέμεσι πτερόεσσα βίου ῥοπά *κυανῶπι θεὰ θύγατερ δίκας*
(sine notis musicis), explicit in columna priore ultimi folii sic:

ἃ τὴν μεγάλαν ορίαν βροτῶν
νεμέσεως αφαιρεῖς καὶ ταρτάρου †

notarum musicarum idem sit traditus (praeter eos locos, quibus librarii neglegentia notae aliquae sunt omissae), ex versibus catalecticis ei, quorum notatio integra est servata, maiore notarum numero sunt praediti ita, ut in syllabis duabus extremis quattuor notae legantur. Ex his quattuor notis iam Westphal contendit tres ad longam paenultimam pertinere: ex qua notatione apparere hanc esse trisemam.

Attamen notatio non ita tradita est, ut ex ea certo possit perspici, ad quas syllabas pertineant hae notae quattuor ultimae, cum librarius adeo neglegens in notis supra syllabas superscribendis fuerit, ut in versu primo tres vocis primae ἄειδε notas syllabae tertiae, duas vocis μοῦσα syllabae secundae superscripserit. Itaque etiam si in versibus catalecticis e quattuor illis notis tres paenultimae superscriptae essent, inde non certo concludi posset eas ad hanc syllabam ipsam pertinere. Sed ne sunt quidem superscriptae paenultimae. In eo quidem versu catalectico notis musicis instructo, quem Rudolfus Schoell exscripsit, vers. 4, ex quattuor notis ad duas syllabas ultimas pertinentibus prima supra syllabam antepaenultimam legitur, cuius nota in syllabam ultimam vocis praecedentis est promota, secunda supra syllabam paenultimam, tertia supra consonam τ, quarta supra vocalem ultimam, ut eodem iure atque ad paenultimam tres notas possimus referre ad syllabam ultimam.

Eadem fere ratio est duorum hymnorum a Mesomede in Solis et in Nemesis honorem conditorum, cuius notationem fere totam servavit codex Neapolitanus saec. XV. Compositi sunt hi hymni versibus logaoedicis acatalectis ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — | ⏑ ⏑ — ⏑ ⏒ et catalecticis ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — | ⏑ ⏑ — ⏒ mixtis. In his ex sedecim versibus catalecticis, quorum notatio servata est, quinque praebent notarum numerum duabus maiorem quam syllabarum. Etiam hic Westphal cum Frid. Bellermanno[1] et Rossbachio[2] tres notas ad paenultimam syllabam pertinere putat, cum accurata descriptione apographi,

[1] Die Hymnen des Dionysius und Mesomedes, Berolini 1840 p. 62.
[2] Griech. Rhythm. p. 86—88.

quod Bellermann sub finem editionis adiecit (tab. III), appareat tantum abesse ut propter notationem dubium esse non possit tres notas ad syllabam paenultimam pertinere, ut unius versus (hymn. in Solem v. 13) syllaba paenultima omni nota careat, et quamquam in universum in initium promotae sunt notae a librario scilicet providente, ne parum spatii sub finem relinqueretur, quo quattuor notae perscribi possent, in omnibus quinque paroemiacis (hymn. in Solem v. 13. 21. 23. 25; in Nemesin v. 9) syllaba ultima binis notis sit insignis. Est enim notatio horum versuum sic fere tradita:

Ι μ ρ μ ι ζ ιμρ ρϲ
Hymn. in Solem v. 13. *αἴγλας πολυδερκέα πάγαν*

ϲ Ρ μ μ μ ϲ ρ μ μ ιλμ
v. 21. *γλαυκὰ δὲ πάροιθε σελάνα*

μ Ιζ ιμ Ι Φ ϲ ρ μ ρϲ
v. 23. *λευκῶν ὑπὸ σύρμασι μόσχων*

μ Ι ζ ι μ Ι Φ ϲ ρ μ ρ ϲ
v. 25. *πολυοίμονα κόσμον ἑλίσσων.*

μ μ μ μ μ μ ρ μ ϲ ϲ Φ
Hymn. in Nemesin v. 9. *λήθουσα δὲ παρ πόδα βαίνεις.*

Maiore igitur iure quam Bellermann, Rossbach, Westphal statuere possumus, non paenultimam sed ultimam syllabam ita esse notatam, ut appareat hanc esse trisemam dubiumque esse non posse, sequentis non praecedentis theseos productione arsin, quae suppressa sit, esse compensatam, ut illa tetrapodia catalectica sic videatur describenda et notanda:

⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⊔
μ ζ Η Ι Φ ϲ Ρ μ Φ ϲ
In Mus. 4. *ἐμὰς φρενὰς δονείτω.*

versus paroemiaci sic:

⏑⏑ — ⏑⏑ — | ⏑⏑ — ⊔
Ι μ ρ μ ι ζ ι μ ρρϲ
In Sol. 13. *αἴγλας πολυδερκέα παγάν.*

ϲ Ρ μ μ μ ϲ ρ μ μ ιλμ
21. *γλαυκὰ δὲ πάροιθε σελάνα.*

μ Ι ζ ι μ Ι Φ ϲ ρ μ ρ ϲ
23. *λευκῶν ὑπὸ σύρμασι μόσχων.*

μ I ζ ι μ I Φ ⊂ϱ μϱ⊂
25. πολυοίμονα κόσμον ἑλίσσων.

μ μ μ μ μ μ ϱ μ ⊂⊂Φ
In Nem. 9. λήθουσα δὲ πὰρ πόδα βαίνεις.

Cur ultimae horum versuum syllabae ternis (non binis) notis significatae sint, id peculiari olim indigebit disquisitione.

Argumentatio igitur a Westphalio instituta parum valet ad coniecturae nostrae vim imminuendam.

§ 4.

Probabiliter vero nos statuisse in versibus iambicis non eam thesin quae praecedit arsin syncopatam, sed eam quae subsequitur per τονῆς artificium produci, versiculo Aeschyleo mihi videtur non male demonstrari. Est tripodia iambica altero pede syncopata, cuius thesis prima est soluta, immixta strophae iambicae. Alio modo versiculus explicari ideo non potest, quia ne habeatur pro tripodia trochaica catalectica obstat versus in antistropha positi forma, in quo prima syllaba est producta (— ◡◡ — ◡ —); quominus autem habeatur pro tripodia iambica, in qua diiambi primi loco choriambus legatur, impedit forma versus in stropha positi, cuius syllaba prima est brevis (◡◡◡ — ◡ —). De versu vero dochmiaco ideo non est cogitandum, quod adeo nunquam singulos dochmios poetae tragici mediis canticis iambicis immiscuerunt, ut ipse Westphal cum colon dochmiis describeret,[1] in adnotatione dubitare se num recta sit haec explicatio confessus sit.

Legitur haec tripodia in Eumenidum parodi 381—388: 389—396 fine. Quae parodus in codice Mediceo sic fere est tradita:

str. μένει γὰρ· εὐμήχανοι
δὲ καὶ τέλειοι κακῶν τεμνήμονεσ σεμνὰι
κὰι δυσπαρήγοροι βροτὂισ· ἄτιμ᾽ ἀτίεται διόμεναι
λάχη θεῶν διχοστατὂυ˜ τανηλίω λαμπαιδυσοδοπάιπαλα
δερκομένοισι κὰι δυσομμάτοισ ὁμῶσ.

[1] Metr. III[1] p. 241.

ant. *τίσ οὖν τάδ'οὐχάζετάι τε κἀι δέδοικε βροτῶν*
ἐμοῦ κλύων θεσμὸν τὸν μοιρόκραντον' ἐκ θεῶν
δοθέντα τέλεον· ἔπι δέμοι γέρασ παλαιὸν οὐ[1]
δ'ἀτιμίασκυρῶ κάι περ ὑποχθόνα
τάξιν ἔχουσα καὶ δυσήλιον κνέφασ·

Haec parodus, quam iambicam esse primo obtutu apparet, ut in cola distribuatur, quae utrum per se positos versiculos effecerint an in longiorum versuum corpora sint contrahenda nihil ad rem refert, constat ex

∪ — ∪ —	└ ∪ —	tetrapodia iamb. tertio pede syncopata
∪ — ∪ —	└ ∪ —	" " " " "
∪ — ∪ —	└ └	" " tertio et quarto pede sync.
∪ — ∪ —	∪ — ∪ —	tribus tetrapodiis iambicis non syncopatis
∪ — ∪ ◡◡	∪ ◡◡ ∪ —	
∪ — ∪ —	∪ — ∪ —	
∪ — ∪ — ∪ —		tripodia iambica.[2]

Sequitur versiculus, de quo quaestio est

str. *δυςοδοπαίπαλα* ∪ ◡◡ — ∪ —

ant. *καίπερ ὑπὸ χθόνα* — ◡◡ — ∪ —,

quem excipit hexapodia hac forma conspicua:

— ∪ ∪ — ∪ — ∪ — ∪ — ∪ —.

Versiculus ille viros doctos multifariam vexavit. Qui cum metrum explicare non possent, cum antistrophae verba nihil habeant in quo offendas, vocem *δυςοδοπαίπαλα* esse mutandam putaverunt. Atque Weilius quidem quattuor finxit verba: *δυςποδοπαίπαλα, δυςμολοπαίπαλα, δυςκολοπαίπαλα, δυςπορoπαίπαλα,* e quibus postremum etiam Heimsoeth[3] proposuit, quorum primum obscurius, tertium ieiunius, quartum remotius esse ipse verborum compositor intellexit, proponens quod superest *δυςμολοπαίπαλα*. Alii editores velut Godofr. Hermann, Dindorf, Ahrens, Franz, Bothe, Paley lectionem traditam servaverunt, fortasse dubii, quomodo illam vocem mutarent.

Concedendum est vocem illam offensione non carere; sed non tam eius metrum mihi difficultatem videtur praebere quam ipsius verbi compositio. Nam cum *παίπαλος* significet

[1] Exciderunt syllaba brevis et longa.

[2] In stropha pro *λαμπαι* cum Dindorfio *λάπᾳ* scribendum esse puto.

[3] Die Wiederherstellung der Dramen des Aeschylus p. 106.

praeruptus, aptum sensum habet adiectivum compositum *ὀδοπαίπαλος,* quod quomodo cum praefixo *δυς* et ipso difficultatem significante possit coniungi equidem non intellego. Idem cadit in voces a Weilio fictas.

Hartungius, quem solum hoc offendit, locum sanavisse sibi visus est scribendo *ἀνάλιοι λαμπάδων ὀδοπαίπαλα,* quam medelam et ideo repudiaverim, quod plena cum versu antistrophae responsio desideratur, et quod vocem illam traditam probabilius secernas in duas, in *δύςοδα* et *παίπαλα.* Quae coniectura mihi insuper commendari videtur verbis scholiastae clausulam sic explicantis: *δυςπαράβατα καὶ τραχέα ζῶσι καὶ τοῖς θνήσκουσι* (lege *τεθνηκόσιν*). Qui cum verba *δερκομένοισι* et *δυςομμάτοις* singulis verbis explicasset, eum duabus vocibus *δυςπαράβατα* et *τραχέα* duo verba interpretatum esse verisimile est.

Tripodiam igitur habes iambicam, in qua syncopae artificio arsis secunda est sublata, ita describendam ῡ ⏝ ⌊ ⏑ —, quae fortasse cum tripodia praecedente in hexapodiae corpus est coniungenda. Quod autem arsis prima in stropha est brevis, in antistropha producta, in versibus iambicis non potest offendere. quorum arsin primam ancipitem esse constat. Arsin vero brevem et longam sibi posse respondere, etiam si thesis eiusdem pedis sit soluta, illustretur hoc exemplo:

Eur. El. 1223:1229

str. *ματέρος ἔσω δέρας μεθείς.* — ⏑⏑ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —

ant. *φονέως ἔτικτες ἀρά σοι.* ⏑ ⏑⏑ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —.

Quamquam raro hanc responsionem poetas tragicos admisisse concedendum est. Et hanc ob causam et quod in iis versibus iambicis, qui ex dipodiis constant, arsin primam dipodiae poetae maluerunt syncopae lege tollere quam alteram, fit ut haec una tantum tripodia ad rationem nostram probandam possit proferri. Ad quam firmandam versus, in quibus arsi brevi respondet brevis, producta productae, ideo nihil valent, quod hi versus alio modo possunt explicari. Exempli gratia tetrapodia haec ⏑⏑⏑ — ⏑ — —, quae saepius in strophis iambicis invenitur, velut Eur. Troad. 581 : 586

str. *τέκεα. πρίν ποτ' ἦμεν.*

ant. *πόλεος. ἃ καπνοῦται.*

pro tetrapodia trochaica catalectica et potest haberi et a viris doctis habetur sic describenda: ⏖ ⏑ — ⏑ | ⏗ —, quae lege epimixeos numerorum alloeometricorum immixta sit strophae iambicae. Quem versum revera esse tetrapodiam iambicam, in qua arsis secunda et quarta sit syncopata (⏑⏖ ⏗ | ⏑ — ⏗), ego ideo persuasum habeo, quod ceteri versus strophae omnes sunt iambici.

De versibus vero a syllaba longa incipientibus huius generis, quos tragici, inprimis Aeschylus, clausulas saepissime esse voluerunt stropharum iambicarum, ipse ambigo, utrum in omnibus diiambi primi munere choriambus fungatur, cum haec mutatio etiam in versibus non syncopatis haud raro legatur, an nonnulli versus iambici arseos secundae syncopa insignes sic sint describendi:[1]

— ⏖ ⏗ | ⏑ — ⏗, velut Aesch. Choeph. 460 : 465
str. *ξὺν δὲ γενοῦ πρὸς ἐχθρούς.* ant. *εὐχομένοις δ᾽ ἂν ἔλθοι.*

— ⏖ ⏗ | ⏗ ⏑ — | ⏑ — ⏗
velut Aesch. Pers. 1007 : 1013 str. *ζαπρέπον, οἷον δέδορκεν Ἄτα.*
ant. *δυςπόλεμον δὴ γένος τὸ Περσᾶν.*

§ 5.

Describemus igitur tetrapodiam eam, quam praeter ceteras frequentaverunt poetae scaenici, cuius tertia arsis per syncopam est sublata, velut Aesch. Ag. 414 : 431
str. *πόθῳ δ᾽ ὑπερποντίας.* ant. *δόμων ἑκάστου πρέπει.*

---

[1] Hanc explicandi rationem non omnino esse reiciendam eo mihi videtur apparere, quod non raro hi versus leguntur in strophis, quae solis versibus syncopatis constant, deinde eo quod etiam hanc dipodiam iambicam adhibuerunt poetae, ex qua illum diiambum syncopatum ortum esse contendimus, — ⏖ ⏑ —, velut primam dipodiam dimetri
⏖ ⏑ — | ⏑ — ⏑ — Eur. Med. 1255 : 1265
str. *σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας γονᾶς.* ant. *δειλαία, τί σοι φρενῶν βαρύς,*
trimetri — ⏖ ⏑ — | ⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ — Aesch. Suppl. 597
οὔτινος ἄνωθεν ἡμένου σέβει κάτω.
— ⏖ ⏑ — | ⏑ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ ⏖ ⏑ — Aesch. Ag. 769 : 779
str. *δαίμονά τε τὰν ἄμαχον, ἀπόλεμον, ἀνίερον.*
ant. *ὄμμασι λιποῦσ᾽ ὅσια προσέβαλε, δύναμιν οὐ.*
⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ — ⏑ — | ⏑ ⏖ ⏑ — Eur. Iph. Aul. 1487
ὦ πότνια πότνια μᾶτερ, ὡς δάκρυά γέ σοι.

Choeph. 436 et 437: 441 et 442

ἕκατι μὲν δαιμόνων ant. *μόρον κτίσαι μωμένα*
ἕκατι δ' ἁμᾶν χερῶν *ἄφερτον αἰῶνι σῷ.*

hoc modo:

⏑̄ — ⏑ — | ⌊ ⏑ —.

Constat versus ex duobus diiambis, altero holoclero, altero primo pede syncopato sive cretico qui dicitur. Nam creticus is quidem, qui aut versibus aut strophis iambicis immixtus legitur, mihi nihil aliud videtur esse quam diiambus, cuius prima arsis per syncopam est sublata et theseos primae productione compensata.[1] Differt autem creticus hic ab illo, qui versibus trochaicis occurrit coniunctus, eo quod in hoc secunda longa est trisema, cum sit ditrochaeus, cuius secunda arsis est syncopata, ita describendus:

— ⏑ ⌋ (ortus ex — ⏑ — ⏑);

in illo contra, ut iam diximus, prima longa est trisema

⌊ ⏑ — (ortus est ex ⏑ — ⏑ —).

Diiambus, cuius arsis altera per syncopam est sublata, est is pes, qui bacchius appellari solet

⏑ — ⌊ (ortus ex ⏑ — ⏑ —).

Ut creticus ita etiam hic pes saepissime vice fungitur diiambi in versibus iambicis, primi potissimum in iis versibus, in quibus diiambi secundi loco creticus legitur (⏑ — — — ⏑ —).

Versus vero usitatissimi, in quibus creticus aut bacchius diiambi vice funguntur, sunt hi:

Dimetri.

a) Is dimeter, quem supra descripsimus, constans e diiambo puro et cretico. Huius versus exempla congessit Westphal. Metr. III[1] p. 216.

b) Dimeter constans ex diiambo puro et bacchio, sive dimeter catalecticus (⏑̄ — ⏑ — | ⏑ — ⌊), velut

Aesch. Pers. 1070 et 1071 *ἰωὰ δὴ κατ' ἄστυ*
ἰωὰ δῆτα, ναὶ ναί.

cfr. Westphal, Metr. l. l. p. 214.

---

[1] De compensatione arseos suppressae ante thesin solutam cf. § 7.

c) Dimeter constans ex bacchio et diiambo puro (⏑ — ⏗ | ⏑ — ⏑ —), velut

Aesch. Sept. 767 : 774 βαρεῖαι καταλλαγαί. ant. θεοὶ καὶ ξυνέστιοι.

cfr. Westph. l. l. p. 223.

d) Dimeter constans ex duobus bacchiis: (⏑ — ⏗ | ⏑ — ⏗), velut

Aesch. Choeph. 390 : 415 ποτᾶται, πάροιθεν.

ant. ὅταν δ' αὖτ' ἐπαλκές.

cfr. Westphal l. l. p. 223.

e) Dimeter constans ex bacchio et cretico (⏑ — ⏗ | ⏗ ⏑ —), velut

Aesch. Ag. 375 : 393

ἀτολμήτων Ἄρη. ant. δικαιωθείς, ἐπεί.

Exempla vide apud Westph. l. l. p. 220.

f) Dimeter constans ex cretico et diiambo puro (⏗ ⏑ — ⏑̄ — ⏑ —), velut

Aesch. Sept. 896 : 907 σώμασιν πεπλαγμένους.

ant. κτῆμαθ', ὥστ' ἴσον λαχεῖν.

Choeph. 31 : 41 ξυμφοραῖς πεπληγμένων.

ant. τοῖς κτανοῦσί τ' ἐγκοτεῖν.

Eur. Alc. 214 : 228 ἃ πάρεστι κοιράνοις.

ant. (ἔπρα)ξας δάμαρτος σᾶς στερείς.

Videmus alteri versuum generi lucem afferri, versibus a syllaba longa incipientibus, qui leguntur strophis iambicis immixti: qui quidem vulgo versus trochaici habentur lege epimixeos numerorum alloeometricorum illis strophis inserti. Neque vero opus est hanc legem statuere; immo iambici sunt illi versus, in quibus creticus diiambi primi vice fungitur, qui quominus hoc loco fungatur, quid prohibeat, cum de loco secundo et tertio hoc a viris doctis concedatur, equidem non intellego.

Addo cum hac explicandi ratione apprime convenire, quod veteres numeros trochaicos, cum iambicis eos opponerent, μέτρα ἀκέφαλα appellabant.[1]

---

[1] Cfr. Christ, Metr.[2] p. 115 et 275; Die rhythmische Continuität der griechischen Chorgesänge p. 16.

g) Dimeter constans ex duobus creticis frequentissimus in Aeschyli fabulis (└ ∪́ — | └ ∪ —), velut
Aesch. Pers. 126 : 133 *πᾶς γὰρ ἱππηλάτας.*
ant. *λέκτρα δ'ἀνδρῶν πόθῳ.*
cfr. Westphal l. l. p. 159.

Eodem modo atque dimetri sunt trimetri et tetrametri compositi, quorum versuum exempla hic proferri non opus est, cum numerus satis magnus a Westphalio sit congestus. Sufficiat nonnullos versus a cretico incipientes exscribere:

└ ∪́ — | ∪ — ∪ — | ∪ — ∪ —
Eur. El. 1194 *τίς ξένος, τίς εὐσεβὴς ἐμὸν κάρα.*

└ ∪ — | └ ∪ — | ∪ — ∪ —
Aesch. Ag. 438 : 457 *καὶ ταλαντοῦχος ἐν μάχῃ δορός.*
ant. *δημοκράντου δ'ἀρᾶς τίνει χρέος.*

└ ∪∪∪ | ∪∪∪ ∪ — | ∪ — ∪ —
Soph. Ant. 360 : 370 *παντοπόρος ἄπορος ἐπ'οὐδὲν ἔρχεται.*
ant. *ὑψίπολις ἄπολις ὅτῳ τὸ μὴ καλόν.*

└ ∪ — | ∪ — ∪ — | ∪̄ ∪∪ ∪ — | ∪ — ∪ —
Aesch. Sept. 832 : 840 *ὦ μέλαινα καὶ τελεία γένεος Οἰδίπου τ'ἀρά.*
ant. *ἐξέπραξεν, οὐδ'ἀπεῖπε πατρόθεν εὐκταία φάτις.*

└ ∪ — | ∪ — ∪ — | └ ∪ — | ∪ — ∪ —
Aesch. Suppl. 796 : 806 *γυπιὰς πέτρα, βαθὺ πτῶμα μαρτυροῦσά μοι.*
ant. *ἐλθέτω μόρος, πρὸ κοίτας γαμηλίου τυχών.*

CAPUT II.

§ 6.

Absoluto eo syncopae genere, quo arsis suppressa thesi per *τονῆς* artificium amplificata compensatur, iam transeamus ad alterum, quo rhythmus vacuo tempore servatur.

Cuius generis et qui syncopae legem primi statuerunt et qui post eos de versibus syncopatis disseruerunt, etsi men-

tionem fecerunt,[1] tamen quibus locis hoc adhibitum sit, quaerere omiserunt, non neglegenter, sed consulto atque sine dubio ideo, quod posse discerni negabant, ubi thesis *τρίσημος,* ubi pausa esset statuenda, unus Bellermann, quod, si posset discerni, 'non iuvaret.'

Ac profecto prima quidem specie hac in re omnibus indiciis videmur esse destituti. Nam quae norma est statuenda, pausam nisi post verbi finem fieri non posse, eam inversam nihil valere re ipsa apparet, cum non sit cur caesura obstet, quominus syllaba sequens producatur. Tamen si non certum, at certe verisimillimum esset pausam esse statuendam, si aut strophae occurrerent aut versuum genera, in quibus certis aut omnibus ubi syncopa fit locis *διαίρεσις* esset observata. Cuiusmodi cum in poesi Graecorum neque strophae neque in eo quidem de quo solo agimus genere, in genere diplasio versus occurrant,[2] poeta Latinus versibus usus est, in quibus constanter eo loco, quo arsis est sublata, caesura fit.

Plautus enim genere versuum syncopatorum, quod unum composuit, ita usus est, ut eo loco, quo arsis excidit, vocem terminaret.[3] Sunt hi versus dimetri iambici catalectici cum syncopa arseos tertiae (⏑/⏑⏑ ⏕ ⏑ — | ⏑⏑ ⏑̲), qui aut peculiarem versiculum efficiunt, velut Stich. 6 c

Neque íd magís | fácimus,

aut copulati occurrunt cum dimetris iamb. acatalectis

(⏑/⏕ ⏕ ⏑/⏕ ⏕ ⏑/⏕ ⏕ ⏑ (⏑) | ⏑/⏑⏑ ⏕ ⏑ — | ⏕ ⏑̲)

velut Stich. 3

De nóstris fáctis nóscimús, quarúm viri hínc | ápsunt,

---

[1] Rossbach, Griech. Rhythm. p. 150; Rossbach u. Westphal, Griech. Metr.[1] praef. XX; Westphal, Fragm. d. griech. Rhythm. p. 262; L. Bellermann, de metris Sophocleis veterum rhythmicorum doctrina explicandis p. 17; Goldmann, l. l. p. 69; Christ, Metr.[2] p. 94.

[2] In genere dactylico exstare versum, in quo constanter caesura observatur eo loco, quo arsis est suppressa, constat, *ἐλεγεῖον* scilicet sive pentametrum dactylicum.

[3] Cfr. Guil. Studemund, de canticis Plautinis p. 29—33. Idem in Festgruss der philol. Gesellsch. zu Würzburg (1868) p. 53—55.

Most. 1 *Serui qui quóm culpá carént* | *tamén malúm métuont,* aut denique cum aliis colis iambicis.

Maior numerus horum versuum cum quaternariis iambicis consociatorum occurrit intermixtus versibus qui dicuntur Reizianis (◡ — ◡ — ◡ — ◡ — | ◡ — ◡ — ◡) Aul. III, 2.

Cum horum versuum compositorum, qui antea a plerisque versus Reiziani habebantur et adhuc a nonnullis viris doctis habentur,[1] tum breviorum, qui posteriorem partem illorum efficiunt, naturam atque indolem primus perspexit Guilelmus Studemund, qui de iis disseruit in libellis commemoratis.

Quod religiosa caesurae observatio indicare videtur, in his versibus vacuo tempore, non thesi producta voluisse compensare Plautum arsin suppressam, id confirmatur eo quod saepe soluta est thesis, ante quam excidit arsis, in duas breves, velut Aul. 24

Mearum aédium ét conclávium mihi pérviám | *fácitis?*
28 *Si ad iánuam húc accésserís, nisi iússeró,* | *própius.*

De qua solutione in § 7 accuratius agetur.

§ 7.

Sed ne in Graeca quidem poesi desunt versus, in quibus vacuo tempore, non thesi trisema voluisse poetas rhythmi legem restituere certis indiciis probatur: versus dico insignes soluta thesi eius pedis, cuius arsis per syncopae artificium est sublata, cum nemo nesciat thesin trisemam in duas breves solvi non posse.

Frequentiores ex hoc genere sunt ii versus, in quibus non thesis eius pedis, qui arsi caret, sola, sed cum thesi una aut compluribus aliorum pedum est soluta, velut dimeter constans ex diiambo non syncopato et cretico primis thesibus solutis insignibus (◡ ◡◡ ◡ — | ∧ ◡◡ ◡ —) e. g. Eur. Suppl. 824

ἴδετε κακῶν πέλαγος, ὦ.

aut dimeter ille, qui vulgo pro trochaico habetur, etsi usitatissimus est in strophis iambicis, constans ex cretico, cuius

---

[1] Cfr. Christ, Metr.[2] p. 348.

theses sunt solutae, et ex diiambo puro (⋀ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ — ⏑ —) e. g. Aesch. Choeph. 406 : 419 *ἴδετε πολυκρατεῖς ἀραί.*
ant. *πάθομεν ἄχεα πρός γε τῶν.*
Eur. Hel. 203 : 222 *πόσις ὀλόμενος οἴχεται.*
ant. *διὰ δὲ πόλεας ἔρχεται.*[1]
Etiam thesis tertia est soluta (⋀ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ ⏖ ⏑ —) Aesch. Choeph. 25 : 35 *ὄνυχος ἄλοκι νεοτόμῳ.*
ant. *μυχόθεν ἔλακε περὶ φόβῳ.*
Eur. Hel. 202 : 221 *ὁ δ' ἐμὸς ἐν ἁλὶ πολυπλανής.*
ant. *χθόνα δὲ πάτριον οὐχ ὁρᾷς.*

Dimeter compositus creticis duobus, quorum prior thesi prima soluta est conspicuus (⋀ ⏖ ⏑ — | ⏗ ⏑ —), occurrit Soph. Oed. Col. 1678 : 1706 *τί γὰρ, ὅτῳ μήτ' Ἄρης.*
ant. *ἔθανε· κοίταν δ' ἔχει,*
dimeter constans ex eodem cretico et diiambo puro (⋀ ⏖ ⏑ — ⏑ — ⏑ —) Eur. Hel. 167 : 179 *πτεροφόροι νεάνιδες.*
ant. *κυανοειδὲς ἀμφ' ὕδωρ.*

E versibus longioribus legitur in Euripidis tragoediis tetrameter constans ex duobus diiambis et cretico, quorum theses sunt solutae, et diiambo holoclero (⏑⏖ ⏑⏖ | ⏑⏖ ⏑⏖ | ⋀ ⏖ ⏑⏖ | ⏑ — ⏑ —) velut Phoen. 1030 : 1054
ἔφερες ἔφερες ἄχεα πατρίδι | φόνια· φόνιος ἐκ θεῶν.
ant. *τέκεα μέλεος· ἀγάμεθ' ἀγάμεθ', | ὃς ἐπὶ θάνατον οἴχεται.*

Porro tetrameter constans ex cretico thesibus solutis insigni, bacchio, cretico, diiambo (⋀ ⏖ ⏑⏖ | ⏑ — ⏗ | ⏗ ⏑ — | ⏑ ⏖ ⏑ —) Hel. 201 : 220
θάνατον ἔλαβεν αἰσχύ|νας ἐμᾶς ὑπ' ἀλγέων.
ant. *δίδυμά τε Διὸς οὐκ εὐ|δαιμονεῖ τέκεα φίλα.*

Cum tribus diiambis holocleris ad tetrametrum consociatus

---

[1] Possis priores horum versuum per se etiam ita describere: ⏑ ⏖ ⋀ ⏖ | ⏑ — ⏑ —, ut constent ex bacchio solutis longis insigni et diiambo puro; sed nostra explicatio ideo praestare videtur, quod multo rariores supra vidimus esse eos dimetros, in quibus diiambum purum praecedit bacchius, quam eos, in quibus praecedit creticus. Versus ex Eur. Hel. exscriptos ne illo modo describas prohibet v. 203, in quo post syllabam tertiam non fit *διαίρεσις.*

est creticus, cuius thesis prima est soluta (⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —| ∧ ⏖ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —) Eur. Phoen. 1748 et 1750

πρὸς ἥλικας φάνηθι σάς. | ἄλις ὀδυρμάτων ἐμῶν.
σὺ δ'ἀμφὶ βωμίους λιτάς. | κόρον ἔχουσ' ἐμῶν κακῶν,

cum duobus diiambis et cretico puro (⏑ — ⏑ — | ⏗ ⏑ — | ∧ ⏖ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —) Aesch. Suppl. 780 : 787

μέλας γενοίμαν καπνὸς | νέφεσι γειτονῶν Διός.
ant. θέλοιμι δ'ἂν μορσίμου | προπρὸ τυχεῖν ἐν ἀρτάναις.

Trimetrum creticum, in quo tertii cretici thesis prima est soluta (⏗ ⏑ — | ⏗ ⏑ — | ∧ ⏖ ⏑ —), habes e. g. Aesch. Suppl. 423

μηδ' ἴδῃς μ'ἐξ ἑδρᾶν πολυθέων.

Coniectura nostra et in versibus, de quibus supra diximus, et in omnibus versibus iambicis, in quibus thesis quae sequitur arsin suppressam est soluta, voluisse poetas vacuo tempore rhythmi legem restituere, firmatur eo, quod ubique *διαίρεσις* occurrit eo loco, quo tempus vacuum nobis statuendum est. Nam tempus vacuum statui non posse nisi in confinio duorum vocabulorum vel post verbi compositi priorem partem inter omnes constat.

Cum non sit verisimile poetas dedita opera voluisse theseos solutione indicare se hanc syncopae rationem adhibuisse, eos etiam in aliis versibus iambicis syncopatis ea usos esse contenderim. Quibus vero locis hoc syncopae genus praetulerint tritiori, ideo non certo potest statui, quod nullae strophae occurrunt ex solis versibus huius generis constantes, sed intermixti leguntur hi versus iis, quibus altera syncopae ratione arsis suppressa est compensata, et quod etiam responsionem versuum diverso genere syncopae insignium admiserunt poetae. Hoc vero certo potest statui, hac ratione non usos esse poetas in iis versibus, in quibus theses, inter quas excidit arsis, intra eiusdem vocabuli corpus leguntur.

Reliquum est, ut descriptione strophae, in qua ita permixtos esse versus iambicos et trochaicos putant viri docti, ut non stropha iambica, sed iambico-trochaica sit nominanda, illustremus, quam simplex iam fiat harum stropharum explicatio, cum ab initio usque ad finem solis decurrant iambis.

Eur. Phoen. 1019—1042 : 1043—1066 :

ἔβας ἔβας,
ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευμα νερτέρου τ' Ἐχίδνας,
Καδμείων ἁρπαγὰ, πολύφθορος, πολύστονος,
μιξοπάρθενον δάϊον τέρας,
φοιτάσι πτεροῖς χαλαῖσί τ' ὠμοσίτοις.
Διρκαίων ἅ ποτ' ἐκ τόπων νέους πεδαίρουσ'
ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν
ὀλομέναν τ' Ἐρινὺν
ἔφερες ἔφερες ἄχεα πατρίδι φόνια· φόνιος ἐκ θεῶν,
ὅς τάδ' ἦν ὁ πράξας.
ἰάλεμοι δὲ ματέρων, ἰάλεμοι δὲ παρθένων
ἐστέναζον οἴκοις.
ἰήιον βοὰν [βοὰν], ἰήιον μέλος [μέλος]
ἄλλος ἄλλ' ἐπωτότυζε διαδοχαῖς ἀνὰ πτόλιν.
βροντᾷ δὲ στεναγμὸς
ἀχά τ' ἦν ὅμοιος,
ὁπότε πόλεος
ἀφανίσειεν ἁ πτεροῦσσα παρθένος τιν' ἀνδρῶν.

ant. χρόνῳ δ' ἔβα
Πυθίαις ἀποστολαῖσιν Οἰδίπους ὁ τλάμων
Θηβαίαν τάνδε γᾶν τότ' ἀσμένοις, πάλιν δ' ἄχη.
ματρὶ γὰρ γάμους δυσγάμους τάλας
καλλίνικος ὢν αἰνιγμάτων ξυνάπτει,
μιαίνει δὲ πτόλιν· δι' αἱμάτων δ' ἀμείβει
μυσαρὸν εἰς ἀγῶνα
καταβαλὼν ἀραῖσι
τέκεα μέλεος· ἀγάμεθ' ἀγάμεθ', ὅς ἐπὶ θάνατον οἴχεται
γᾶς ὑπὲρ πατρῴας,
Κρέοντι μὲν λιπὼν γόους, τὰ δ' ἑπτάπυργα κλῇθρα γᾶς
καλλίνικα θήσων.
γενοίμεθ' ὧδε ματέρες γενοίμεθ' εὔτεκνοι, φίλα
Παλλὰς, ἃ δράκοντος αἷμα λιθόβολον κατειργάσω,
Καδμείαν μέριμναν
ὁρμήσασ' ἐπ' ἔργον,
ὅθεν ἐπέσυτο
τάνδε γαῖαν ἁρπαγαῖσι δαιμόνων τις ἄτα.

◡ — ◡ —́	Monometer iamb.
Λ— ◡ —́ | ◡ — ◡ —́ | ◡ — ◡ —́ | ◡ — ⏗́	Tetrameter „
— — ⏗́ Λ— ◡ —́ | Λ— ◡ —́ | ◡ — ◡ —́ | ◡ · ◡ —́	„ „
Λ— ◡ —́ | ◡ — Λ—́ | ◡ — ◡ —́ aut Λ— ◡ — ◡ — | Λ— ◡ — ◡ —	Hexap. aut trimeter iambicus.
Λ— ◡ —́ | ◡ — ⏗́ | ⏗ ◡ —́ | ◡ — ⏗́	Tetrameter iamb.
◡̄ — ⏗́ | Λ— ◡ —́ | ◡ — ◡ —́ | ◡ — ⏗́	„ „
Λ ◡◡ ◡ —́ | ◡ — ◡́	Dimeter „
Λ ◡◡ ◡ —́ | ◡ — ◡́	„ „
Λ ◡◡ ◡ ◡◡́ | ◡ ◡◡ ◡ ◡◡́ | ◡ ◡◡ ◡ ◡◡́ | ◡ — ◡ —́	Tetrameter „
Λ— ◡ —́ | ◡ — ⏗́	Dimeter „
◡ — ◡ —́ | ◡ — ◡ —́ | ◡ — ◡ —́ | ◡ — ◡ —́	Tetrameter „
Λ— ◡ —́ ◡ — —́	Dimeter „
◡ — ◡ —́ | ◡ — ◡ —́ | ◡ — ◡ —́ | ◡ — ◡ —́	Tetrameter „
Λ— ◡ —́ | ◡ — ◡ —́ | ◡ ◡◡ ◡ —́ | ◡ — ◡ —́	„ „
— — ⏗́ | ◡ — ⏗́	Dimeter „
— — ⏗́ | ◡ — ◡́	„ „
◡ ◡◡ ◡́ ◡◡	Monometer „
Λ ◡◡ ◡ —́ | ◡ — ◡ —́ | ◡ — ◡ —́ | ◡ — —́	Tetrameter „

LIBER SECUNDUS.

DE VERSIBUS DOCHMIACIS.

§ 8.

Si non absurda sunt, quae supra de versibus iambicis syncopatis disputavimus, versus dochmiacos, de quibus diversissimae sententiae magis minusve probabiles a viris doctis et prolatae sunt et adhuc proferuntur,[1] nihil impedit quominus referamus in versuum iambicorum numerum, quibus et formae similitudine et crebra coniunctione sunt propinqui, statuentes dochmios esse tripodias iambicas arsi secunda syncopata conspicuas (— ◡◡ ∧ ◡◡ — ◡◡ / ◡ — ⊔ ◡ —).

Nam quae res viros doctos praeter ceteras quominus de hac explicandi ratione cogitarent, prohibuit, eosve qui de ea cogitaverunt, ut rursus eam abicerent movit, quod thesis prima, quam esse producendam ita ut trisema fieret putabant, sae-

[1] Veterum opiniones post Seidlerum, Rossbachium, Westphalium collegit Guil. Kuehne *de dochmio quid tradiderint veteres*, Halis Sax. 1863, recentiorum L. Bellermann *de metris Sophocleis veterum rhythmicorum doctrina explicandis*, Progr. des Berl. Gymn. zum grauen Kloster 1864 p. 22—29, Goldmann *de dochmiorum usu Sophocleo* p. 31—32, cum illorum tum recentissimorum Ed. Schultze *de dochmio*, diss. Jenensis 1877 p. 6—32. Cfr. praeterea M. Lortzing *de numero dochmiaco* Berol. 1863. C. Löschhorn *quaestiones metricae* Magdeb. 1873. A. Vogelmann *Ueber Taktgleichheit in der antiken Metrik mit besonderer Rücksicht auf den Dochmius.* Festschr. der Gymnasien Württemb. zur 4. Säcularfeier von Tübingen, p. 39—51.

pissime occurrit soluta,[1] ea nostrae rationi non obstat, cum praesertim etiam in versibus iambicis haud raro viderimus occurrere thesin, post quam arsis excidit (cfr. p. 15 et 16), solutam, inprimis thesin primam. Atque cum eo, quod ibi observavimus, Aeschylum frequentasse potissimum versus hos ab arsi producta incipientes, apprime convenit Aeschyli usus versuum dochmiacorum arsi prima producta insignium, cum e 340 dochmiis Aeschyleis, qui prima thesi soluta sunt conspicui, 140 hanc exhibeant formam — ◡◡ — ◡ ◡◡, velut Sept. 130 *ῥυσίπολις γενοῦ | Παλλὰς, ὅ θ' ἵππιος | ποντομέδων ἄναξ.* Suppl. 402 *ἀμφοτέροις ὁμαί|μων τάδ' ἐπισκοπεῖ.* Ag. 1090 *μισόθεον μὲν οὖν | πολλὰ συνίστορα.* Choeph. 942 *δεσποσύνων δόμων.* Eum. 845 : 879 *Νύξ· ἀπὸ γάρ με τι|μᾶν δαναιᾶν θεῶν* (cfr. tab. II, 7 et 9).[2]

Reliqui poetae scaenici ut rarius versibus iambicis ab arsi longa incipientibus utebantur, ita malebant a syllaba brevi dochmios incipere, praeter ceteros Euripides, qui ex 593 dochmiis thesi prima sola soluta conspicuis, qui aetatem tulerunt, 106 tantum arsin primam productam esse voluit. Ex 93 versibus Sophocleis, quorum prima thesis est soluta, 37 exhibent arsin praecedentem longam, ex 43 dochmiis Aristophaneis 15 (cfr. tab. II, 7 et 9).

Deinde quod in versibus iambicis supra (§ 7) observavimus poetas raro eam thesin, quae excipit arsin syncopatam, solam solvisse, saepius tum, si etiam ea thesis, quae praecedit, est soluta, idem etiam in versibus dochmiacis occurrit. Ex 1900 dochmiis, qui in fabulis poetarum scaenicorum graecorum, in quibus proprium atque praecipuum locum eos habere constat, leguntur (505 in Aeschyleis, 244 in Sophocleis, 1069 in

---

[1] Christ, Metr.[2] p. 433—437; Rossbach, Griech. Rhythm. p. 160. Metr.[2] p. 698.

[2] Hos versus non tripodias iambicas esse, quae diiambi primi loco choriambum praebeant, eo mihi probari videtur, quod nullum eorum exemplum occurrit in strophis, quae dochmiis carent forma holoclera insignibus. Omnino, si tripodiae iambicae in duas partes vel in thesin et arsin secernendae sunt, mihi videtur pes primus efficere arsin, pedes secundus et tertius thesin, ut in hoc versiculo iambico eadem ratio valeat atque in singulis iambis et in trimetris iambicis, ut arsis praecedens cum thesi sequenti hanc rationem efficiat 1 : 2.

Euripideis, 82 in Aristophaneis), cum 1069 dochmii exhibeant primam thesin solam solutam (340 Aeschylei, 93 Sophoclei, 593 Euripidei, 43 Aristophanei; cfr. tab. I, 10 vel II, 10), non plus 22 thesin secundam praebent solam solutam (8 Aeschylei, 4 Sophoclei, 10 Euripidei; cfr. tab. I, 20 vel II, 20 et § 16), 159 et primam et secundam (28 Aeschylei, 19 Sophoclei, 104 Euripidei, 8 Aristophanei; cfr. tab. I, 15 vel II, 15 et § 12—15).

Et in iis dochmiis, qui duabus thesibus solutis decurrunt, et in iis, in quibus thesis altera sola est soluta, si recta est opinio nostra dochmios esse versus iambicos syncopatos, arsis sublata non longa trisema, sed vacuo tempore potest esse compensata, cum thesis eius pedis, cuius arsin per syncopae artificium esse sublatam censemus, in duas breves sit soluta. Oportet igitur in iis fiat caesura ante thesin alteram: id est in iis dochmiis, qui hac thesi sola soluta insignes sunt, post syllabam secundam (ῡ —, ῶ ῡ ⏑⏑/—), in iis, qui utramque solutam exhibent, post syllabam tertiam (ῡ ῶ, ῶ ⏑ ⏑⏑/—).

Sed quomodo haec res sese habeat, priusquam quaeramus, omnino quid de caesuris in versibus dochmiacis sit statuendum, nobis exponendum est.

§ 9.

Atque exordiamur a dochmiis forma primitiva ῡ — — ⏑ ⏑⏑/— insignibus perlustrandis, sive ut breviter dicamus, a classe I. Huius classis dochmii in fabulis poetarum scaenicorum superstitibus leguntur 650 (129 in Aeschyleis, 128 in Sophocleis, 362 in Euripideis, 31 in Aristophaneis; cfr. tab. I, 5 vel II, 5).

Atque ex 129 exemplis Aeschyleis non plus quam 6 carent caesura, i. e. incisione post primam aut secundam thesin intercedente (classis I d), e quibus unum nominis proprii licentia excusatur: Choeph. 953 b *ὁ Παρνάσιος*, unum uno verbo pentesyllabo constat: Suppl. 757 c *μεμαργωμένοι*, cetera singulis verbis tetrasyllabis et singulis monosyllabis vel syllaba ultima verbi praecedentis aut prima verbi sequentis (aut ῡ, — — ῡ — aut ῡ — — ῡ, —): Sept. 885 b *διήλλαχθε σὺν (σιδάρῳ;)*, 890 b *τε πλευρωμάτων*, Choeph. 941 b *(θεόθεν εὖ φραδαῖ)σιν ὡρμη-*

μένος, 968 a *καθαρμοῖσιν ἀ(τᾶν ἐλατηρίοις).* 24 sunt incisi post utramque thesin (◡̄ —, —, ◡̄ ◡◡, class. I c), velut Sept. 91 c *θεῶν ἢ θεᾶν,* 101 a *πέπλων καὶ στεφέων*; 33 post primam solam (◡̄ —, — ◡ ◡◡̄, class. I a), velut Prom. 588 a *κλύεις φθέγμα τᾶς (βούκερω παρθένου),* Sept. 122 b *γεννῦν ἱππιᾶν*; 66 post alteram solam (◡̄ — —, ◡̄ ◡◡, class. I b), velut Prom. 689 a *μολεῖσθαι λόγους,* Sept. 79 a *καθεῖται στρατός.* Itaque caesuram post secundam thesin solam praebet plus quam dimidia, post primam solam plus quam quarta, post utramque fere quarta pars dochmiorum classis I. Atque haec non solum ratio dochmiorum Aeschyleorum in universum spectatorum, sed singularum fabularum fere est, excepta una Supplicibus, qua in tragoedia numerus dochmiorum classis I a (6) maior, classis I c idem est atque versuum classis I b (4). Singula ex tabula I, 1—5 apparent.

Ex 128 dochmiis Sophocleis classis I in I a sunt referendi 33, velut Ai. 356 a *γένος ναΐας,* Ant. 1318 a *ἐμᾶς ἁρμόσει,* in I b 53, velut Ai. 365 b *ἄτρεστον μάχαις,* Ant. 1287 a *προπέμψας ἄχη,* in I c 35, velut Ant. 1319 a *ἐγὼ γάρ σ', ἐγώ,* Oed. Col. 876 a *ὅσον λῆμ' ἔχων,* in I d 7, duo constantes verbo pentesyllabo, Ant. 1261 b *ἁμαρτήματα,* El. 1387 b *πανουργημάτων,* ceteri singulis verbis tetrasyllabis et singulis syllabis: Ai. 397 (*ἕλε*)*σθέ μ' οἰκήτορα,* Ant. 1265 b (*ὤμοι ἐμῶν ἄνολ*)*βα βουλευμάτων,* 1292 a *γυναικεῖον ἀμφ*(*ικνεῖσθαι* sqq.), Oed. rex 692 b *σε νοσφίζομαι* 1315 *δυσούριστον* [*ὄν*].[1] Etiam ex Sophoclis fabulis superstitibus in una Antigona maior numerus dochmiorum et classis I a et I c, quam I b occurrit, qua in fabula 15 versus classis I caesuram post primam thesin solam, 18 post primam et secundam, 12 post secundam solam exhibent. De ceteris vide tab. I, 1—5.

Eodem fere modo atque in fabulis Aeschyleis praevalet in Euripideis classis I b. Ex 362 dochmiis enim classis I in I b sunt enumerandi 169, velut Med. 1256 a *ἔβλαστεν, θεοῦ,* Hipp. 363 a *τυράννου πάθη,* in I a 80, velut Hipp. 831 b *τύχαν δαιμόνων,* Hec. 717 b *τεμὼν φασγάνῳ,* in I c 87, velut Med.

[1] *ὄν* addidit Hermann.

1276 *δοκεῖ μοι τέκνοις*, El. 1169 a *νέμει τοι δίκαν*, in I d 26. Ex his excusantur 6 nominis proprii licentia: Heracl. 86 b *Μυκηναῖος ὠ(νόμαζεν λεώς)*, El. 1157 a *Κυκλώπειά τ' οὐ(ράνια τείχε'* sqq.), Phoen. 176 a *Σελαναία χρυ(σεόκυκλον φέγγος)*, 187 b *Μυκήναισιν* [*εὔ(χεται*][1] *Λερναίᾳ)*, 188 b *Ἀμυμωνίοις*, Ion 797 b *(αἰθέρα πόρσω γαί)ας Ἑλλανίας*. 3 constant ex singulis verbis pentesyllabis: Hipp. 370 *τελευτάσεται*, Ion 696 b *γεγωνήσομεν*, Bacch. 1199 c *κατειργασμένα*. Ex singulis verbis tetrasyllabis et singulis monosyllabis constant Hipp. 362 *ἀνήκουστα τᾶς*, El. 1150 a *ἰάκχησε δέ*, Or. 320 a *ἀβάκχευτον αἵ*, 1358 a *καθαιμακτὸν ἐν*, Hec. 1061 *ἐξαλλάξω τάς*, Or. 151 c *ὅδ' εὐνάζεται*, ex verbo tetrasyllabo et syllaba ultima verbi praecedentis (ῡ, — — ῡ —) Phoen. 335 b *(σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰ)ὲν αἰαγμάτων*, 1299 b *(αὐ)τίχ' αἱμάξετον*, ex verbo tetrasyllabo et syllaba prima verbi sequentis (ῡ — — ῡ, —) Hel. 677 b *ἐφαίδρυναν ἔν(θεν ἔμολεν κρίσις)*, El. 595 a *κασίγνητον ἐμ(βατεῦσαι πόλιν)*, Phoen. 325 a *δυσόρφναια δ' ἀμ(φιτρυχῆ τάδε)*, Bacch. 984 a *δοκεύοντα, Μαι(νάσιν δ' ἀπύσει)*, ex verbo trisyllabo et syllaba ultima verbi praecedentis et verbo monosyllabo (υ, — — υ, —): Herc. 1054 b *(οὐκ ἀτρεμαῖα θρῆ)νον αἰάξετ' ὦ*, Ion 724 b *(ἄλιας ἄλιας ὁ πά)ρος ἀρχαγὸς ὤν*, 1495 b *(γαμφηλαῖς φόνευ)μα θοίναμά τ' εἰς*. Ex verbo pentesyllabo denique et una syllaba brevi, cum ultima thesis sit soluta (υ — — υ υ, υ), constat Bacch. 980 a *ἀνοιστρήσατέ νιν*, ex verbo tetrasyllabo et duabus syllabis primis verbi sequentis (υ — — υ, υυ) Ion 767 a *διανταῖος ἔτυ(πεν ὀδύνα* sqq.).

Etiam ex Euripidis tragoediis in una tantum numerus dochmiorum classis I b inferior est numero classis I a eaque in fabula, in qua perpauci tantum dochmii forma primitiva insignes occurrunt, in Supplicibus, quae 3 dochmios classis I a, singulos classium I b et I c praebet. De ceteris cfr. tab. I, 1—5.

Aristophanes dochmios in quinque tantum comoediis adhibuit: in Acharnensibus, Nubibus, Avibus, Vespis, Pluto: atque dochmios classis I exhibent prima et tres posteriores

[1] *εὔχεται* addidit Matthiae.

31. Ex his in Ia sunt referendi 9, velut Ach. 566 ab *ἰὼ Λάμαχ', ὦ | βλέπων ἀστραπάς*, in Ib 12, velut Av. 230 b *ἀγροίκων γύας*, in Ic 6, velut Plut. 637 ab *λέγεις μοι χαράν, | λέγεις μοι βοάν*, in Id 4, unus nomen proprium continens, Plut. 640 b (*μέγα βροτοῖσι φέγ*)*γος Ἀσκληπιόν*, unus ex verbo pentesyllabo constans, Ach. 570 b *βοηθησάτω*, duo ex verbo tetrasyllabo et monosyllabo: Ach. 491 a *ἀναίσχυντος ὤν*, 567 a *βοήθησον, ὦ*.

Ex 650 igitur dochmiis forma primitiva insignibus sunt referendi in Ia 155 sive pars fere quarta, in b 300 sive pars fere dimidia, in c 152 sive pars fere quarta, in d 43 sive pars fere decima tertia.

§ 10.

Eadem ratio, quam modo vidimus intercedere inter quattuor classes dochmiorum, qui formam primitivam exhibent, occurrit in iis, quorum thesis prima sola est soluta (⏑̄ ⏑⏑ — ⏑̄ ⏑⏑̲); hanc classem II nuncupabimus. Ex 1069 dochmiis, qui ad hanc classem pertinent, 489 i. e. dimidia fere pars incisi sunt post secundam thesin solam (⏑̄ ⏑⏑ —, ⏑̄ ⏑⏑̲, class. IIb): e 340 Aeschyleis 168, velut Sept. 83 b *δέος· ὅπλων κτύπος*, Suppl. 687 a *καρποτελῆ δέ τοι*; 41 Sophoclei ex 93, velut Ai. 880 a *ἁλιαδᾶν ἔχων*, Oed. r. 1360 b *ἀνοσίων δὲ παῖς*; 254 Euripidei ex 593, velut Med. 1283 b *χέρα βαλεῖν τέκνοις*, Heracl. 92 *νεοτρεφεῖς; φράσον*; 26 Aristophanei ex 43, velut Ach. 361 b *ὅ τι φρονεῖς ἔχει*, Av. 1262 b *διογενεῖς θεούς*. 236 incisionem praebent post primam thesin solam (⏑̄ ⏑⏑, — ⏑̄ ⏑⏑̲, IIa): 79 Aeschylei, velut Suppl. 348 a *πρόφρονι καρδίᾳ*; 18 Sophoclei, velut El. 1234 c *ἐμόλετ' ἀρτίως*; 136 Euripidei, velut Hel. 627 a *ἔλαβον ἀσμένα*, Or. 159 b *θεόθεν ἐργμάτων*; 3 Aristophanei, Av. 1188 a *πόλεμος αἴρεται*, Ach. 389 b, Vesp. 744 b. Post utramque thesin (⏑̄ ⏑⏑, —, ⏑̄ ⏑⏑̲, IIc) sunt incisi 237 : 60 Aeschylei, velut Sept. 95 a *πότερα δῆτ' ἐγώ*; 24 Sophoclei, velut Ai. 888 a *ἐμέ γε τὸν μακρῶν*; 146 Euripidei, velut Hipp. 574 a *ἔνεπε τίς φοβεῖ*; 7 Aristophanei, velut Av. 1188 b *πόλεμος οὐ φατός*. Caesura carent 107 : 33 Aeschylei, velut Ag. 1118 a *κατολολυξάτω*, Suppl. 350 a *λυκοδίωκτον ὥς*; 10 Sophoclei, velut

Oed. Col. 843a πόλις ἐναίρεται, Ai. 935b ἦμος ἀριστόχειρ; 57 Euripidei, velut Med. 1267 φόνος ἀμείβεται, Andr. 859a τίνος ἀγαλμάτων; 7 Aristophanei, velut Vesp. 887 τῶν προλελεγμένων. Idem fere non solum in cuiusque poetae fabulis in universum spectatis occurrit, sed ne in una quidem fabula numerus dochmiorum classis IIa maior est numero classis IIb, in duabus classis IIc superat IIb iisque paucos versus dochmiacos hac forma insignes exhibentibus: in Soph. Antigona, qua in fabula 1 versus classis IIa, 3 IIb, 5 IIc, 1 IId, et in Eur. Heraclidis, ubi nullus classis IIa, 4 IIb, 5 IIc leguntur. De ceteris vide tab. I, 6—10.

Ex 1719 igitur dochmiis classium I et II incisi sunt:

a. post primam thesin solam 391 id est non quarta pars sive 22,8 %,

b. post secundam thesin solam 789 id est non dimidia pars sive 45,9 %,

c. post primam et secundam thesin 389 id est non quarta pars sive 22,5 %,

d. Caesura carent 150 id est non duodecima fere pars sive 8,7 %.

§ 11.

Itaque cum utriusque classis et per se et coniunctim spectatae eadem fere sit ratio, exspectamus etiam in duabus ceteris, id est in ea, cuius dochmii thesibus prima et secunda solutis decurrunt (III), et in ea, cuius dochmiorum thesis secunda sola est soluta (IV), eandem occurrere proportionem, ita ut ex 172 versibus, qui aut sunt traditi dochmii classis III aut virorum doctorum coniecturis sunt restituti, et ad IIIa et ad IIIc sint referendi fere 39, ad IIIb 77, ad IIId 15.

Sed prorsus alia et huius et classis IV est ratio.

Caesuram enim post primam thesin solutam solam ex dochmiis utraque longa soluta conspicuis exhibent hi:

Aesch. Sept. 115b Ἄρεος ὀρόμενον ‖ 233b νεμόμεθ' ἀδάματον ‖ Suppl. 371 πρύτανις ἄκριτος ὤν ‖ 681a ἄχορον ἀκίθαριν ‖ ant. 691a πρόνομα δὲ βοτὰ τώς ‖ Ag. 1165b μινυρὰ θρεομένας ‖ 1176b γοερὰ θανατοφόρα ‖ Soph. Ant. 1262 στερεὰ θανατόεντ' ‖

1267 ἔθανες, ἀπελύθης || 1285 τί μ' ἄρα τί μ' ὀλέκεις || 1291 σφάγιον ἐπ' ὀλέθρῳ || Eur. Med. 1252 b κατίδετ' ἴδετε τάν || ant. 1262 b φίλιον ἔτεκες, ὦ || Hipp. 363 b μέλεα θρεομένας [1] | 580 a ἔνεπε δ'ἔνεπέ μοι || 848 a ἔλιπες ἔλιπες, ὦ || Heracl. 95 b πόλεος, ἔνεπέ μοι || 107 a ἄθεον ἱκεσίαν || Androm. 854 a ἔλιπες ἔλιπες, ὦ || Hec. 689 a ἕτερα δ'ἀφ' ἑτέρων || Herc. 920 b ἔσυτο θεόθεν ἐπὶ (cfr. tamen p. 39) || 1056 a ἀπὸ δὲ πατέρα μέλα(θρά τε καταρρήξει) || Ion. 690 a ἄτοπος ἄτοπα γάρ || 724 a ἅλιας ἅλιας ὁ πά(ρος ἀρχαγὸς ὤν) || 764 a ἔλαβον ἔπαθον ἄχος || 790 a τὸ δ'ἐμὸν ἄτεκνον ἄτεκ(νον ἔλαβεν ἄρα βίοτον) || Troad. 245 a τίν' ἄρα τίς ἔλαχε; τί(να πότμος εὐτυχής) || 265 b πρόςπολον ἐτεκόμαν || 308 a ἄνεχε, πάρεχε, φῶς || 310 λαμπάσι τόδ' ἱερόν || 1217 a ἔθιγες ἔθιγες, ὦ || Hel. 635 b ἔβαλον [ἔβαλον] ἁ(δονὰν ὡς λάβω [2]) || 655 a ἐμὰ δὲ δάκρυα χαρ(μονᾶν πλέον ἔχει) || 670 a ὁ Διὸς ὁ Διὸς ὦ || 685 b πάθεα πάθεα μᾶ(τερ, οἱ 'γώ. τί φής:) || 687 a δι' ἐμὲ κατεδήσατο | 690 a ἄγαμος ἄτεκνος, ὦ | 694 a ἐμὲ δὲ πατρίδος ἄπο | El. 585 a ἔμολες, ἔμολες, ὦ || 1152 a πατρίδα δεκέτεσι || ant. 1162 a πόσις, ὅ τί ποτε τάν || 1164 a δρύοχα νεμομένα || 1171 a σχέτλια μὲν ἔπαθες, ἀ(νόσια δ'εἰργάσω) || Iph. Taur. 655 b δίδυμα μέμονε φρήν || Or. 149 ab κάταγε κάταγε, πρόσιθ' | ἀτρέμας ἀτρέμας ἴθι || 163 ab ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' | ἔλακεν ἔλακεν, ἀπό(φονον ὅτ' ἐπὶ τρίποδι) || 164 a Θέμιδος ἄρ' ἐδίκασε || 175 a πότνια πότνια νύξ || 195 a ἔκανες ἔθανες, ὦ || 320 b θίασον ἐλάχετ' ἐν || 330 a ἔλακεν ἔλακε δε(ξάμενος ἀνὰ δάπεδον) [3] || 1307 a δάκρυα δάκρυσι συνέ(πεσε σιδαρέοις) || 1361 b νέμεσις ἐς Ἑλέναν || Phoen. 167 c φυγάδα μέλεον. ὡς || 346 ματέρι μακαρίᾳ || 1287 a ἔλεος ἔλεος ἐμο(λε ματέρος δειλαίας) || 1288 a δίδυμα τέκεα πότε(ρος ἄρα πότερον αἱμάξει) || 1299 a πέσεα πέσεα δά(ϊ' αὐτίχ' αἱμάξετον) || Bacch. 987 b τίς ἄρα νιν ἔτεκεν || 1042 a ἄδικος ἄδικά τ' ἐκ(πορίζων ἀνήρ) || 1181 μετ' ἐμὲ μετ' ἐμὲ τοῦδ' || 1199 a μεγάλα μεγάλα καὶ || Arist. av. 234 a ὅσα τ' ἐν ἄλοκι θαμά || 1265 a μηδέ τιν' ἱερόθυτον.

---

[1] nisi, ut responsio cum dochmio antistrophico 670 ἔχομεν ἢ λόγους restituatur, praeferendum est μέλεα θρευμένας. [2] ubi alterum ἔβαλον Hermann addidit. [3] nisi cum Hartungo, quem secutus est Dindorf, restituendum videtur ἔλακε δεξάμενος ἱερὸν ἀνὰ δάπεδον, cum repetitio verbi ἔλακε inepta sit; cfr. commentar. Hartungi p. 192.

Addendi sunt tres dochmii, in quibus non post verbum absolutum integrumve, sed post verbi compositi partem priorem caesura fit:

Aesch. Suppl. 646 a *Δῖον ἐπ|ιδόμενοι* || Eur. Herc. 1020 a *τὰ δ' ὑπερ|έβαλε παρέ(δραμε τὰ τότε κακά)* || Or. 1305 a *τὰν λιπο|πάτορα λιπό(γαμόν θ', ἃ πλείστους ἔκανεν Ἑλλάνων).*

Complectitur igitur classis III a 8 dochmios Aeschyleos, 4 Sophocleos, 55 Euripideos, 2 Aristophaneos, omnino 69 = fere 39 %, id est numerum multo maiorem, quam quem exspectes.

Praeter hanc caesuram simul alteram incisionem post arsin secundam solutam exhibent hi versus:

Aesch. Sept. 78 b *φοβερὰ μεγάλ' ἄχη* || 80 a *ῥεῖ πολὺς ὅδε λεὼς* || 90 c *ὄρνυται ἐπὶ πόλιν* || Ag. 1101 *τί τόδε νέον ἄχος* || 1162 a *τί τόδε τορὸν ἄγαν* || Eum. 265 b *πέλανον· ἀπὸ δὲ σοῦ* || Soph. Ant. 1310 *δείλαιος ἐγώ, αἰαῖ* || ant. 1332 *ὕπατος· ἴτω ἴτω* || 1321 a *ἄγετέ μ' ὅτι τάχος* || Oed. rex 661 ab *Ἅλιον· ἐπεὶ ἄθεος | ἄφιλος ὅ τι πύματον* || ant. 690 b *ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα* || 1330 ab *ὁ κακὰ κακὰ τελῶν | ἐμὰ τάδ' ἐμὰ πάθεα* || Eur. Hipp. 830 b *μέλεα τάδε πάθη* || Heracl. 75 b *ἀμαλὸν ἐπὶ πέδῳ* || 86 a *ὄνομα τί σε, γέρον* || Herc. 910 b *τίνα με τίνα βοάν* || 920 c *μέλαθρα κακὰ τάδε* (vide tamen p. 39) || 1020 b (*τὰ δ' ὑπερέβαλε παρέ)δραμε τὰ τότε κακά* || 1085 a *τάχα [δὲ]*[1] *φόνον ἕτερον* || Ion. 1455 a *τίν' ἀνὰ χέρα δόμους* || Troad. 287 a *φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα*[2] || 327 *ὡς ἐπὶ πατρὸς ἐμοῦ* || Hel. 685 a *τά τε [σὰ]*[3] *κατὰ μέλαθρα* || 695 ab *ἔβαλε θεὸς ἀπό τε | πόλεος ἀπό [τε]*[4] *σέθεν* || El. 592 *ἄνεχε χέρας, ἄνεχε* || 1151 b *σχέτλια, τί με, γύναι* || Iph. Taur. 829 b (*ἔχω σ', Ὀρέστα, τηλύγε)τον χθονὸς ἀπὸ πατρίδος* || 834 *τότ' ἔτι βρέφος ἔλιπον*[5] || Or. 163 c (*ἔλακεν ἔλακεν, ἀπό)φονον ὅτ' ἐπὶ τρίποδι* || 199 a *πατέρα τέκνα τε τάδε* || 330 b (*ἔλακεν*

---

[1] *δὲ* addidit Hermann. [2] Sic Seidler emendavit verba ita tradita: *ἄφιλα τὰ πρότερα φίλα.* [3] *σὰ* addidit Hermann. [4] *τε* inseruit Matthiae. [5] *τότ' ἔτι* Hartung scripsit pro *τὸ δέ τι.* Alio modo dochmium restituere studuerunt Hermann, qui scripsit *τότε σε, τότ' ἔτι βρέφος | ἔλιπον*, Koechly, quem secutus est Dindorf: *σέ, τὸν τότ' ἔτι βρέφος | ἔλιπον*, Bergk: *τὸν ἔτι βρέφος ἔλιπον*, quod Weil recepit.

ἔλακε δε)ξάμενος ἀνὰ δάπεδον || Phoen. 296 a πότνια, μόλε πρόδρομος || 1295 a πότερον ἄρα νέκυν ὀ(λόμενον ἀχήσω) || 1300 a τάλανες, ὅ τι ποτὲ μο(νομάχον ἐπὶ φρέν' ἤλθέτην) || Bacch. 986 c δρόμον ἐς ὄρος ἐς ὄρος || 1008 b ἐπὶ τὰ καλὰ βίον || Arist. Ach. 361 a πάνυ γὰρ ἐμέ γε πόθος || av. 239 κλάδεσι νομὸν ἔχει || 631 a ἣν σὺ παρ' ἐμὲ θέμενος.

Addendi sunt nonnulli versus, in quibus caesura aut prima aut secunda inter duas verbi compositi partes fit. Atque prima quidem caesura fit post verbi compositi partem priorem in his dochmiis: Aesch. Sept. 106 b ἐπιδ' ἔπ|ιδε πόλιν || Suppl. 363 a ἱερο|δόκα θεῶν || 681 b δακρυο|γόνον Ἄρη || Soph. Oed. Col. 1464 a κτύπος ἄ|φατος ὅδε δι(όβολος· ἐς δ' ἄκραν) || Eur. Herc. 887 b γένος ἄ|γονον αὐτίκα || Troad. 325 b [ἄναγ'][1] ἄν|αγε χορόν || Hel. 690 c γάμον ἄ|γαμον ἐμόν[2] || Phoen. 1306 a πότμος ἄ|ποτμος ὁ φόνος || 1350 ἄναγ' ἄν|αγε κωκυ (τόν,[3] ἐπὶ κρᾶτα λευ|κοπήχεις κτύπους) || Bacch. 1021 b (γελῶντι προσώ)πῳ περί|βαλε βρόχον.

Post syllabam tertiam finitur verbum, post quintam prior verbi compositi pars: Aesch. Sept. 85 b ὕδατος ὀρο|τύπου || 902 κτέανά τ' ἐπι|γόνοις || Suppl. 349 b φυγάδα περί|δρομον[4] || 382 φύλακα πολυ|πόνων || 634 a μήποτε πυρί|φατον || Ag. 1121 b ἔδραμε κροκο|βαφής || Soph. Ai. 357 a ἅλιον[5] ὃς ἐπ|έβας || Ant. 1296 b (τίς ἄρα, τίς με πότ)μος ἔτι περι|μένει || Oed. rex 690 a ἴσθι δὲ παρα|φρόνιμον || Eur. Andr. 844 a ἀπόδος ἀπό|δος, ὦ (φίλος, ἵν' ἀνταίαν)[6] || Phoen. 165 a πρὸς ἐμὸν ὁμο|γενέτο(ρα περὶ δ' ὠλένας) || Ar. av. 1193 ἀέρα περι|νέφελον.

Continet igitur classis III c 15 dochmios Aeschyleos, 12 Sophocleos, 33 Euripideos, 4 Aristophaneos, omnino 64 = fere 38 %.

[1] ἄναγ' addidit Hermann. [2] ἐμόν scripsit L. Dindorf pro αἰσχύνα, quod e versu 687 videtur falso repetitum. [3] Ita Kirchhoff scripsit, cum codd. habeant: ἀνάγετ' ἀνάγετε κωκυτόν. [4] Fortasse recipiendum est, quod Heimsoeth, ut plenam cum dochmio antistrophico v. 361 μάθε γεραιόφρων responsionem recuperaret, proposuit (Die Wiederherst. d. Dramen d. Aesch. p. 287): φυγάδα πρόδρομος, coll. Sept. 80 πρόδρομος ἱππότας, 211, Soph. Ant. 108, Eur. Iph. Aul. 424. [5] Hermann ἅλιον restituit, cum traditum sit ἁλίαν. [6] Ita Bergk scripsit, cum codd. praebeant: ἀπόδος ὦ φίλος (PC, φίλ' ceteri) ἀπόδος ἵν' ἀνταίαν.

Ergo, ut in classibus I et II, ita etiam in III numerus dochmiorum post primam thesin solam et dochmiorum post primam et secundam thesin incisorum idem fere est. Efficiunt autem in hac classe dochmii generum a et c non, sicut in I pariterque in II fit, dimidiam non prorsus partem, sed fere $^4/_5$ vel 78 %. Ii vero versus, qui caesura carent, et versus post thesin secundam solam incisi, quorum numerus in classibus I et II par est dochmiis generum a + c, omnino 22 % tantum efficiunt; sunt enim 37 dochmii, 8 Aeschylei, 7 Sophoclei, 20 Euripidei, 2 Aristophanei.

Atque huius numeri exigui 37 plus quam dimidia pars (26) incisa est post syllabam quartam; quos dochmios si detraxeris de summa (37), 11 tantum supersunt dochmii classis III b.

Ex his 37 versiculis autem 8 non sunt traditi tanquam dochmii, sed coniecturis virorum doctorum textui illati, alii falsa distributione mihi videntur esse orti. Inter ceteros sunt, qui etiam aliis difficultatibus laborent et facili modo, plerique transpositione verbi, possint sanari. Paucos qui restant alio modo posse explicari infra docebitur.

§ 12.

In eorum versuum numero, qui invitis libris ab editoribus sunt corrupti, non infimo loco sunt ii, in quibus viri docti aut proprio Marte aut apographa secuti idem vocabulum repetiverunt, quod librarios metri ignaros aut neglegentes vel consulto vel temere semel posuisse arbitrantur.

1) Ex hac classe primus est enumerandus Aesch. Sept. 204 b, quem codex Mediceus talem fere exhibet:

(ὦ φίλον Οἰδίπου τέκος, ἔδεισ' ἀκού-
σασα τὸν ἁρματό)κτυπον ὄτοβον,

ubi ad supplendum versum dochmiacum editores altero *ὄτοβον* in fine ex apographis recentioribus addito hunc dochmium effecerunt:

(ἁρματό)κτυπον ὄτοβον ὄτοβον

post syllabam brevem quintam incisum.

At nescio an in vocabulo *ἁρματόκτυπον* lateant duo verba,

accusativus substantivi *κτύπος* et genetivus *ἁρμάτων* ab hoc pendens. Quae coniectura eo commendatur, quod etiam altero eiusdem fabulae loco verbum *κτύπος* cum genetivo in unius verbi corpus comprehensum exhibet codex, v. 83, ubi pro *ὅπλων κτύπος* legitur *οπλοκτύπος*.[1]

Ab *ὄτοβον* suspicor alterum genetivum pependisse, fortasse vocabuli *ὄχος* genetivum plur., ut haec fere fuerit lectio genuina versus:

(*ἀκού|σασα τὸν ἁρμάτων*) *κτύπον ὄχων τ' ὄτοβον.*

Sane vocabula *ἅρμα* et *ὄχος* non eandem prorsus habere vim neque tautologiam molestam inlatam a nobis esse docere mihi videntur nonnulli loci Euripidei, in quibus ita sunt coniuncta haec verba, ut genetivus *ἁρμάτων* pendeat ab *ὄχος* sive quod idem fere significat, *ὄχημα*:

Eur. Suppl. 662 *ἁρμάτων δ'ὀχήματα*
ἔνερθε σεμνῶν μνημάτων Ἀμφίονος. et Hipp. 1166 *οἰκεῖος αὐτὸν ὤλεσ' ἁρμάτων ὄχος.* Emphasis enim, per quam sunt qui pleonastice hoc esse dictum velint, omnino abhorret ab his locis, quorum priore nuntius exercitus aciem describit, altero nuntius Theseo interroganti, quo modo Hippolytus interierit, respondet. Hic locus fortasse indicat verbo *ὄχος* proprie non tam currum, quam equos raedae adiunctos significari. His enim, non currui mortem Hippolyti Euripidem in culpam convertere voluisse apparet et e nuntii narratione et ex his Hippolyti moribundi verbis (1240): *στῆτ', ὦ φάτναισι ταῖς ἐμαῖς τεθραμμέναι, μή μ'ἐξαλείψητ'.* Hanc fuisse propriam verbi *ὄχος* notionem confirmare videtur locus, quo *ἁρμάτων ὄχος* coniunctum legitur cum *ἐξελαύνειν*, quod sine dubio aptius de equis quam de curru dicitur, Eur. Phoen. 1190 *ἰδόντες ἐξήλαυνον ἁρμάτων ὄχους.* Quo sensu haud scio an poetae verbum non usurpaverint, nisi ubi cum genetivo

[1] Quod Dindorf in poet. scen. Graecorum editione notavit primam manum imposuisse verbo *ἁρματοκτυπον* accentum in paenultima syllaba, id falsum videtur esse, cum et in apographo a Merkelio confecto et in editionis Ritschelianae adnotatione critica vocabulum legatur proparoxytonon.

ἁρμάτων coniunxerunt; ubi solum posuerunt, significaverunt cum equis raedam, quae iis est iuncta.

Sententia igitur loci, de quo agitur, si quid video, haec est: „O fili Oedipi, timeo audito raedarum strepitu equorumque fremitu“, cum qua apprime versus sequentes congruunt:

ὅτε τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι,
ἱππικῶν τ᾽ ἄπνον πηδαλίων δία
στόμια πυριβρεμετᾶν χαλινῶν,

quorum primo depingitur raedarum crepitus, duobus posterioribus fremitus equorum.

Addo commendari coniecturam meam eo, quod fere nulla mutatione adhibita plena antistrophae responsio restituitur, quae cum versu strophae, sicut a plerisque editoribus scribitur, nisi gravioribus mutationibus effici non potest. Nam cum tres primi versus antistrophae fere sic traditi sint:

ἀλλ᾽ ἐπὶ δαιμόνων πρόδρομος ἦλθον
ἀρχαῖα βρέτη πίσυνος θεοῖς
νιφάδος ὅτ᾽ ὀλοᾶς
α
νειφομένης βρόμος ἐν πύλαις,

ad responsionem restituendam editores non solum verba *πίσυνος* et *θεοῖς* transposuerunt, qua transpositione omni modo opus est, sed praeterea verba *νιφάδος* et *ὅτε*, et inseruerunt ante *ὀλοᾶς* praepositionem *ἀπὸ*, quae aptius deest, ut ita scriberent:

ἀλλ᾽ ἐπὶ δαιμόνων | πρόδρομος ἦλθον ἀρ-
χαῖα βρέτη, θεοῖς | πίσυνος, ὅτε νιφάδος
ἀπ᾽ ὀλοᾶς νιφομέ|νας βρόμος ἐν πύλαις.

Versum vero strophae, qualem nos emendavimus, antistrophico parem efficimus praeter illam necessariam transpositionem sola formae *θεοῖς* in *θεοῖσι* mutatione adhibita, quam formam iam Seidler de vers. dochm. p. 56 proposuit, ut scribamus:

ἀλλ᾽ ἐπὶ δαιμόνων | πρόδρομος ἦλθον ἀρ-
χαῖα βρέτη θεοῖ|σι πίσυνος νιφάδος
ὅτ᾽ ὀλοᾶς νιφομέ|νας βρόμος ἐν πύλαις.

2) Secundus versus, in quo recentiores editores contra libros verbum geminaverunt, hic est:

Eur. Herc. 921 [λέγε,] λέγε, τίνα τρόπον | (ἔσυτο θεόθεν ἐπὶ μέλαθρα κακὰ τάδε
τλάμονές | τε παίδων τύχαι;),
ubi λέγε Dindorf ad explendum dochmium repetivit.

Sed possunt etiam alio modo versus in metrum dochmiacum redigi. Cum exploratum sit stropharum huius cantici lacera esse membra,[1] possis etiam putare plures syllabas ante λέγε intercidisse ita, ut prima huius vocis syllaba non sit theseos primae solutae brevis altera, sed arsis secunda versus dochmiaci. Fortasse exciderunt verba, quibus ut „celeriter, quam celerrime" enarret nuntius a choro monetur, quod idem exempli gratia fit Iph. Aul. 1539, ubi his verbis Clytaemnestra nuntium, ut celeriter narret, impellit: μὴ μέλλε τοίνυν, ἀλλὰ φράζ' ὅσον τάχος. Metro convenit διὰ τάχους, quod et Soph. Ai. 822 et Trach. 595 et aliis occurrit locis, vel ὅτι τάχος, quod Sophocles scripsit in stropha dochmiaca Ant. 1323 ἄγετε μ' ὅτι τάχος, ἄγετε μ' ἐκποδών. Praestare tamen mihi videtur repetitio imperativi λέγε, sed ita effecta, ut uno verbo, fortasse τάχος, alter ab altero separetur, ut ita locus sit scribendus et distinguendus:

λέγε [τάχος, λέγε], τί|να τρόπον ἔσυτο θεό-
θεν ἐπὶ μέλαθρα κακὰ | τάδε τλάμονές
τε παίδων τύχαι;

Non alienum videtur ab hoc loco pauca, quae de hac verborum repetitorum collocatione habeo, exponere.

Euripides, qui repetitionum rhetoricarum amantissimus est, cum plerumque simplicissimum genus adhiberet, quod fit per figuram geminationis verbi alterius post alterum,[2] multis aliis locis hanc figuram rhetoricam artificiosa verborum collocatione ita variavit, ut uno aut compluribus verbis interpositis verba repetita separaret.[3] E. g. unum verbum intercedit Alc. 252 ὁρῶ δίκωπον ὁρῶ σκάφος, Iph. Taur. 835 ἔλιπον ἀγκάλαισι

---

[1] cfr. Wilamowitz-Moellendorf, anal. Eur. p. 61. [2] velut Hipp. 848 et Andr. 854 ἔλιπες ἔλιπες ὦ, Ion 690 ἄτοπος ἄτοπα γάρ, 724 ἅλιας ἅλιας ὁ πάρος. [3] vid. Lud. de Sybel, de repetitionibus verborum in fabulis Euripideis p. 9.

νεαρὸν τροφοῦ νεαρὸν ἐν δόμοις; duo verba sunt interposita Suppl. 377 *ἄμυνε ματρὶ, πόλις, ἄμυνε, Παλλάδος*. Sive hac sive illa figura uteretur, observavi Euripidem in iis quidem canticis dochmiacis, in quibus dochmii thesibus solutis decurrentes praevalent, quae crebris verborum repetitionibus sunt nobilitata, hanc regulam esse secutum, ut verba in eodem versu dochmiaco geminata ita collocaret, ut prius initium faceret dochmii. Loci hi sunt: Hipp. 580 *ἔνεπε δ'ἔνεπέ μοι*, Hel. 635 *ἔβαλον ἔβαλον ἀ|δονὰν* sqq., Hipp. 848, Med. 1252 b, Andr. 844, 854, Hec. 689, Herc. 910, Ion. 690, 724, Troad. 325, 1217, Hel. 670, 685, El. 585, Or. 149ab, 163ab, 175, 195, 330, 1305, 1307, Phoen. 1287, 1299, 1306, 1350, Bacch. 1042, 1182, 1199 (cf. etiam Troad. 287 *φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα | τιθέμενος πάντων*).

Tribus dochmiis videtur Euripides neglexisse hanc regulam: Ion. 776, 790, Bacch. 986 c, e quibus priores etiam ideo offendunt, quod carent caesura post tertiam syllabam brevem.

3) Primum ex his locis, Eur. Ion. 776, qui in eodem genere dochmiorum est, unde progressi sumus, in quibus vocabulum ab editoribus repetitum est, facili modo utroque vitio licet liberare ita, ut vocem, quam esse repetendam probabile est, separemus uno verbo interposito alteram ab altera. Ubi cum codices exhibeant

(*τόδ' ἐπὶ τῷδε κακὸν*) *ἄκρον ἔλακες* (*ἄχος ἐμοὶ στένειν*),

non repetemus cum Seidlero, quem plerique editores sunt secuti, *ἔλακες* post alterum, sed ante *ἄκρον* hoc modo:

(*τόδ' ἐπὶ τῷδε κακὸν*) [*ἔλακες*] *ἄκρον ἔλακες* (*ἄχος ἐμοὶ στένειν*).

4) Etiam alter locus, Ion. 790, qui in editionibus sic legitur:

(*τὸ δ'ἐμὸν ἄτεκνον ἄτεκ*)*νον ἔλαβεν ἄρα βίο*(*τον*, [*ἐν*] *ἐρημίᾳ*),

ubi *ἐν* addidit Seidler, *ἄτεκνον* in codice P ter legitur, facili verborum transpositione potest sanari, ita ut aut scribatur:

(*τὸ δ'ἐμὸν ἄρα βίοτον*) *ἄτεκνον ἄτεκνον ἔλα*(*βεν ἐν ἐρημίᾳ*)

aut, si magis placet artificiosior illa collocatio verbi geminati:

(*τὸ δ'ἐμὸν ἄρα βίοτον*) *ἄτεκνον ἔλαβεν ἄτεκ*(*νον ἐν ἐρημίᾳ*).

Locum tertium, Bacch. 986 c *δρόμον ἐς ὄρος ἐς ὄρος*, in suspenso relinquo, utrum exceptionis loco habeamus an vis ei afferenda sit; equidem non ausim invitis codicibus quicquam novare.

5 et 6) Eur. Hel. 650, quem versum codices sic dant:

πόσιν ἐμὸν ἔχομεν ἔχομεν, ὃν ἔμενον,

ut dimetrum dochmiacum efficeret, Seidlerus (de vers. dochm. p. 67) duplicavit verbum *ἐμόν*, quae coniectura plerisque editoribus est probata, Hermanno ita, ut transponeret geminatum *ἐμόν* post alterum *ἔχομεν*. Scribit igitur Seidler versum sic:

πόσιν ἐμὸν ἐμὸν ἔχο|μεν ἔχομεν, ὃν ἔμενον

Hermannus *πόσιν ἔχομεν ἔχομεν | ἐμὸν ἐμὸν, ὃν ἔμενον.*

Quas emendationes reiciendas esse puto ideo, quia mihi verbum ab his geminatum adeo indignum videtur esse, quod repetitione urgueatur, ut omnino omitti possit. Multo dignius quod duplicetur mihi esse videtur verbum *πόσιν*, quod si repetieris, habebis dimetrum dochmiacum hunc:

πόσιν [πόσιν] ἔχομεν | ἔχομεν, ὃν ἔμενον

omnibus numeris absolutum. Nam apte syllaba extrema ancipite dimeter dochmiacus secernitur a sequentibus.

Qui verbum *ἔχομεν* urguere maluerit, hunc dimetrum dochmiacum possit restituere:

ἔχομεν ἔχομεν ἐμὸν, | ὃν ἔμενον πόσιν.

7 et 8) His locis addiderim versum, in quo vocabulum semel positum non ab editoribus propter causas metricas est geminatum, sed a librario falso mihi repetitum esse videtur. Legitur is dochmius Eur. Herc. 1059 sic in codd.:

(εὕδει; ναί, εὕδει) ὕπνον ὕπνον ὀλόμενον,
ὃς ἔκανεν ἄλοχον, ἔ(κανε δὲ τέκεα, τοξήρει
ψαλμῷ τοξεύσας),

ubi in duobus trium dochmiorum thesibus solutis insignium caesuram, quam desideramus, esse omissam videmus.

Sed locus ideo offendit, quod duae ultimae verbi *τοξήρει* syllabae in metrum dochmiacum non possunt redigi. Suspicor cum Hartungo delendum esse alterum *ὕπνον*, et mutandum

ὀλόμενον in ὀλοὸν (cuius verbi vice etiam alio loco Euripideo, Or. 1364, librarii falso ὀλόμενον scripserunt, ubi genuinam scripturam Hermann restituit) addendumque ad τέκεα articulum τὰ et verba sic transponenda:

εὕδει; ναί, εὕδει | ὀλοὸν ὕπνον, ἄλοχον
ὃς ἔκαν' ἔκανε δὲ [τὰ] | τέκεα τοξήρει
ψαλμῷ τοξεύσας.

Iam examinemus ceteros locos contra librorum auctoritatem a viris doctis ita temptatos, ut caesura post tertiam brevem neglegeretur:

9) Parodi virginum Thebanarum in Aeschyli Sept. versus primus, v. 78, in codice Mediceo sic legitur:

θρέομαι φοβερὰ μεγάλ' ἄχη,

quem ut in dimetrum dochmiacum cogeret, Dindorfius ante θρέομαι inseruit νεόκοτα:

[νεόκοτα] θρέομαι | φοβερὰ μεγάλ' ἄχη.[1]

Νεόκοτα ἄχη dici explicat „ratione habita priorum eventorum, quae praecessisse ex prologo Eteoclis spectatores cognoverant“. At cum Eteocles in prologo ne uno quidem verbo priores calamitates tetigerit, sed angustiis, quibus urbs premeretur, expositis adhortatus sit cives, ut suo quisque officio fungeretur, reiciendum esse censeo hoc adiectivum.

Mihi eius modi coniectura videtur et metro et sensui satisfacere:

Θρέομαι [ἄνι' ἄνια] | φοβερὰ μέγαλ' ἄχη,

cum meminerim locorum Aeschyleorum Pers. 256 ἄνι' ἄνια κακὰ νεόκοτα, 1055 et 1061 ἄνι' ἄνια, ubi fortasse κακὰ est addendum.

10) Aesch. Sept. 239 b in editionum recentiorum plerisque legitur:

(ποτίφατον κλύου)σα πάταγον ἀναμίξ,

[1] Plerique editores ante Dindorfium pro θρέομαι ex apographis, quae versum sic exhibent: θρεῦμαι φοβερὰ μεγάλα τ' ἄχη, interpolatum scilicet per correctorem metri dochmiaci ignarum, receperunt θρεῦμαι, ut versum restituerent constantem e spondeo et dochmio.

quod Heimsoeth proposuit, cum codex exhibeat:

ποταίνιον κλύουσα πάταγον ἄμμιγα.

Quae coniectura etsi plena cum versu antistrophico v. 233 *διὰ θεῶν πόλιν | νεμόμεθ' ἀδάματον* responsione restituta commendatur, tamen dubiae fidei ideo est, quod reiecta forma usitata *ἄμμιγα* (cfr. Soph. Trach. 839 *μελαγχαίτα τ' ἄμμιγά νιν αἰκίζει*) forma introducitur in Aeschyli orationem ea, cuius neque in huius neque in ceterorum poetarum tragicorum fabulis ullum legitur exemplum. Cum locum esse corruptum ab interpolatore, qui violenter eum in trimetrum iambicum redigere voluerit, nemo non videat, num facili remedio genuina scriptura restitui possit dubito. Probabilis emendatio cum in promptu non sit, peritioribus sanandum commendaverim locum.

§ 13.

Altera classis efficitur iis dochmiis, quos falsa distributione ortos esse confido. In horum numerum referendi mihi videntur quattuor loci, Aesch. Ag. 1407 : 1426, Soph. Oed. Col. 1479, Oed. rex 1313—1320, Eur. Iph. Taur. 871.

1 et 2) Aesch. Ag. 1407 : 1426 recentiores editores ita distinguunt:

(τί κακὸν, ὦ γύναι,) χθονοτρεφὲς ἐδανὸν
(ἢ ποτὸν πασαμένα ῥυτᾶς ἐξ ἁλὸς ὄρμενον),
ant. *(μεγαλόμητις εἶ,) περίφρονα δ' ἔλακες·*
(ὥσπερ οὖν φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαίνεται),

ut locus constet ex binis dochmiis, qui creticum cingant, recte improbata Seidleri divisione, qui *ἐδανὸν ἢ ποτόν: ἔλακες ὥσπερ οὖν* dochmium efficere censet, cui quattuor syllabae breves *χθονοτρεφὲς: περίφρονα δ'* sint praemissae. Ut reliquis locis plerisque, quibus Seidler quattuor syllabas breves praecedere dochmio ait (de dochm. p. 153—156), velut Soph. Oed. Col. 1447 : 1462, Eur. Med. 1280 : 1291, El. 1149 : 1157, Or. 171, etiam hoc loco dochmius et creticus vel quattuor syllabae breves et dochmius ad tetrapodiam iambicam sunt consociandi. Locus igitur sic est distribuendus:

τί κακὸν, ὦ γύναι,
χθονοτρεφὲς ἐδανὸν ἢ ποτὸν
πασαμένα ῥυτᾶς ἐξ ἁλὸς ὄρμενον.

ant. *μεγαλόμητις εἶ,*
περίφρονα δ'ἔλακες· ὥσπερ οὖν
φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαί-
νεται.

3) Soph. Oed. Col. 1479 distributio Dindorfii et complurium aliorum editorum:

(ἔα ἔα, ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται) διαπρύσιος ὄτοβος.
(ἵλαος, ὦ δαίμων, ἵλαος, εἴ τι γᾷ
ματέρι τυγχάνεις ἀφεγγὲς φέρων)

ideo mihi non probatur, quod antistropha nisi gravissimis mutationibus adhibitis aequari non potest. Ubi cum codd. haec dent:

ἰὼ παῖ, βᾶθι βᾶθ' εἴτ' ἄκραν ἐπιγύαλον
ἐναλίῳ ποσειδαωνίωι θεῷ τυγχάνεις
βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων ἱκοῦ,

non solum *ἰώ* cum Hermanno esset geminandum et lacuna, qua dochmius exciderit, post *βᾶθ'* statuenda, quo loco deesse aliquid manifestum est, sed etiam mutandum *ἄκραν* in *ἄκρον, ποσειδαωνίᾳ* in *Ποσειδαονίῳ,* delendum denique verbum *τυγχάνεις,* quod omnino nihil habet offensionis, ut haec antistrophae sit forma:

ἰὼ ἰὼ παῖ, βᾶθι βᾶθ' | ⏒ ⏖ ⏖ ⏒ ⏖ | *εἴτ' ἄκρον ἐπὶ γύαλον*
ἐναλίῳ Ποσει|δαονίῳ θεῷ
βούθυτον ἑστίαν | *ἁγίζων, ἱκοῦ.*

Etsi nisi gravioribus remediis locum sanari non posse perspicuum est, certe praestat ea emendandi ratio, quae quam proxime accedat ad lectionem traditam. Hanc mihi videtur nactus esse Meinekius, qui stropham et antistropham eo modo pares effecit, ut in stropha post *ὄτοβος* voculam *ὦ* insereret, in antistropha cum illis *ἰώ* geminaret et pro *παῖ βᾶθι* scriberet *πρόβαθι* et *Ποσειδανίῳ* pro *Ποσειδαωνίωι* et lacunam post *βᾶθ'* statueret, ut iam versus constaret e tetrametro iambico et quinque dochmiis. Quod autem tetrametrum iambicum consociatum statuit dochmiis, eo minus offendit, quia etiam in altera strophae parte praecedit dochmios hic versus (v. 1484 : 1497) et in stropha praecedente (1447 – 1456 : 1462 – 1471) insertus est dochmiis. Emendatio Meinekiana haec est:

ἔα ἔα, ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται δια-
πρύσιος ὄτοβος ὤ.
ἵλαος, ὦ δαίμων, | ἵλαος, εἴ τι γᾷ
ματέρι τυγχάνεις | ἀφεγγὲς φέρων.

ant. ἰὼ ἰὼ πρόβαθι βᾶθ' ⏑ — εἴτ' ἀκρᾶν ἐπὶ
γύαλον ἐναλίῳ
Ποσειδανίῳ | θεῷ τυγχάνεις
βούθυτον ἑστίαν | ἁγίζων, ἱκοῦ.

Ipse Meinekius proponit duo verba, quibus lacuna apte expleatur, ἀγρόθεν et οἴκοθεν. Ut denique plena responsio restituatur, fortasse in stropha pro ἀμφίσταται est scribendum περιίσταιται; cfr. Suidam s. v. ὄτοβον· περιίσταται διαπρύσιος ὄτοβος.[1]

4—7) Luculentissimum huius classis exemplum est Soph. Oed. rex 1313 : 1321, quo loco, ut vulgo distribuitur, duo dochmii, qui arsibus solutis insignes sunt, et in stropha et in antistropha carent caesura post syllabam tertiam, quae tamen alia distinctione utrobique restituitur. Ita enim locus in editionibus circumfertur distributus:

(ἰὼ σκότου)
νέφος ἐμὸν ἀπότροπον, | ἐπιπλόμενον ἄφατον,
(ἀδάματόν τε καὶ | δυςούριστον [ὄν]).

ant. (ἰὼ φίλος,)
σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος | ἔτι μόνιμος· ἔτι γὰρ
(ὑπομένεις με τὸν | τυφλὸν κηδεύων),

ubi in stropha traditum est ἐπιπλώμενον et ἀδάμαστον, deest ὄν, quod Hermann addidit, in antistropha με pro ἐμέ Erfurdt restituit.

Possit vero eodem iure, quo diiambus ἰὼ σκότου: ἰὼ φίλος, interiectio ἰώ sola praemitti versibus dochmiacis, quod aliis locis haud paucis fieri constat; quod si fit, in omnibus dochmiis, quorum altera longa est soluta, caesura est observata. Distinctio enim haec efficitur:

[1] Aliter antistropham restituere student Hartung, Schenkl (Philol. XVII, 241), Goldmann de dochm. usu Soph. p. 78.

(ἰώ) σκότου νέφος ἐμὸν ἀ|πότροπον ἐπιπλόμενον
ἄφατον ἀδάματόν | τε καὶ δυσούριστον ὄν.
ant. (ἰώ) φίλος, σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος·
ἔτι γὰρ ὑπομένεις | με τὸν τυφλὸν κηδεύων.

Quae distributio sine dubio gravi interpunctione post vocabulum μόνιμος quo enuntiatum finitur intercedente commendatur. Versus alter constat e dochmio, quem excipit tetrapodia iambica tertio pede syncopata, quae coniunctio occurrit e. g. Aesch. Choeph. 940 : 950 ἔλασε δ' ἐς τὸ πᾶν | ὁ πυθοχρήστας φυγάς: ant. προσαγορεύομεν | βροτοὶ τυχόντες καλῶς, Eur. El. 1152 : 1162 πατρίδα δεκέτεσιν | σποραῖσιν ἐλθόντ' ἐμάν: ant. πόσις, ὅ τί ποτε τὰν | τάλαιναν ἔσχεν κακόν, Phoen. 1287 : 1299, aliis locis, ubi plerique viri docti versum secernunt in duos dochmios iambum includentes. Fortasse omnibus his locis aptius secernitur dochmius a tetrapodia.

8 et 9) Eur. Iph. Taur. 871 et 872 cum vulgo ita distinguantur:

παρὰ δ' ὀλίγον ἀπέφυ|γες ὄλεθρον ἀνόσιον
(ἐξ ἐμᾶν | δαϊχθεὶς χερῶν),

constat locus e dimetro dochmiaco et uno cretico et dochmio, quibus e dochmiis duo priores, qui thesibus solutis decurrunt, caesura post primam thesin carent.

Idem tamen locus potest etiam ita distingui, ut creticus non inseratur, sed praecedat tribus dochmiis isque thesibus solutis insignis: παρὰ δ' ὀλίγον.[1] In primo trium dochmiorum sequentium deest quidem caesura; sed iam Weil aptius verba ita collocari vidit, ut adiectivum a substantivo verbo interposito seiungeretur. Ipse ita transponit verba ἀνόσιον ἀπέφυγες | ὄλε-

[1] Minus placet Schoenii et Koechlyi divisio, qui utroque δείν' ἔτλαν, quod codd. in versu praecedente exhibent, retento verba παρὰ δ' ὀλίγον cum voce extrema ξύγγονε in versus dochmiaci formam coniungunt, sic scribentes:

ὦ μελέα δεινᾶς | τόλμας· δείν' ἔτλαν,
δείν' ἔτλαν, ὤμοι | ξύγγονε· παρὰ δ' ὀλίγον,

ubi offendit litterae ε in altero ἔτλαν productio.

ϑρον sqq. Nos ὄλεϑρον in initio versus collocantes hos dochmios restituimus:

ὄλεϑρον ἀπέφυγες ἀ|νόσιον ἐξ ἐμᾶν
δαϊχϑεὶς χερῶν.

§ 14.

Quoniam locos pertractavimus, in quibus aut lectio tradita servanda erat aut nihil mutandum, nisi quod ante nos alii metri causa mutaverunt, nunc eos perlustrabimus locos, quibus facili transpositione caesura post tertiam brevem potest restitui. Sunt vero hi: Soph. El. 1266, Eur. Herc. 745, 1023, Phoen. 299, Bacch. 1007.

1) Soph. El. 1266 legitur cum Dindorfio in plerisque editionibus

τᾶς πάρος ἔτι χάριτος | εἴ σε ϑεὸς ἐπόρισεν,

cum prima manus scripserit ἐπόρσεν, quod ab eadem aliave manu correctum est in ἐπῶρσεν.

Quem dochmium quominus statuamus et caesura post tertiam syllabam incisum fuisse et in syllabam ancipitem exiisse ita, ut ϑεὸς per synizesin tanquam una syllaba brevis pronuntiaretur, impedit versus strophae, v. 1246, cuius thesis extrema in duas breves est soluta.

Conicio facili transpositione pronominis σε ita esse scribendum:

εἰ ϑεὸς ἐπόρισεν σ'.[1]

2) Pluribus agendum est de secundo loco graviter corrupto, Eur. Herc. 745, qui cum sit traditus:

πάλιν ἔμολεν, ἃ πάρος (οὔποτε διὰ φρενὸς
ἤλπισεν παϑεῖν γᾶς ἄναξ),

facili modo possit sanari ita, ut cum Fixio ἂν post φρενὸς inseratur et verba ἔμολε et πάλιν transponantur.

At iam Pflugk recte observavit interpretationi vulgari, quam verba tradita solam admittunt: „Venerunt rursus, quae

[1] Simili modo etiam Bergkium emendasse Goldmann de dochm. usu Sophocl. p. 29 docet, sed ita, ut tripodiam iambicam restitueret hanc:

εἰ ϑεὸς ἐπῶρσέ σε.

prius nusquam animo speravit se passurum, domino huius terrae,“ ut dominus terrae sit Lycus, cui imminere, quam nunquam metuerit, ultionem chorus praedicet, obstare verbum *πάλιν*. Ad quod tuendum nihili est, quod Matthiae profert, ad *πάλιν* pertinere idem, quod Spohn lect. Theocr. spec. I p. 32 de *αὖθις* et *ἄψ* particulis monuerit, quas poni quando fiat aliquid quod nondum sit factum, per illud autem ipsum, quod fiat, aliud quid in pristinam restituatur condicionem aut quod sit interea factum, iam reddatur irritum. Sententiae vero, quam Pflugk facili mutatione verbi *ἤλπισεν* in *ἤλπισ(α) ἄν* infert loco „Rediit, quod nusquam speravi fore, ut mihi contingeret, rex terrae huius“ (scil. Hercules), Wecklein in tertia editione obstare verbum *παθεῖν* recte adnotat. Sed utcunque interpretaris, unum me quidem offendit vocabulum *πάρος*, quod ad *οὔποτ' ἤλπισεν* vel *ἤλπισ' ἄν* additum non solum inutile, sed etiam molestum videtur esse.

Difficultates tolli posse negaverim, nisi, uter hoc loco ab Euripide possit nominari *ἄναξ γᾶς*, Lycus an Hercules, quaesiverimus.

In priore fabulae parte verbum *ἄναξ* (v. 589, 602, 707) nec non *κοίρανος χθονὸς* (v. 138) Lycum significat. De eodem vero quomodo viri docti potuerint cogitare v. 735 et 736: *Μεταβολὰ κακῶν· μέγας ὁ πρόσθ' ἄναξ | πάλιν ὑποστρέφει βίοτον εἰς Ἅιδαν,* equidem vix intellego. Nam primum offendit epitheton *μέγας,* tum *ὁ πρόσθ' ἄναξ* Lycus, dum vivit, inepte appellatur, cum praesertim is v. 768 iterum *ἄναξ* et *ὁ καινὸς* quidem nominetur. Hic locus manifesto indicat, quis solus *ὁ πρόσθ' ἄναξ* possit appellari, Hercules scilicet, qui Lyco ita opponitur, ut hic *ὁ καινὸς,* ipse *ὁ παλαίτερος ἄναξ* nominetur. Iam quae fuerit sententia versuum 735 et 736, verbum *πάλιν,* in quo neminem virorum doctorum haesisse miror, indicat: Non Lyci morte sed Herculis ex Orco reditu laetatur chorus, quam sententiam effeceris scribendo: *Μεταβολὰ κακῶν· μέγας ὁ πρόσθ' ἄναξ | πάλιν ὑποστρέφει βίοτον ἐξ Ἅιδου.*

Ut iam ad eum locum redeamus, unde progressi sumus, qui in antistropha respondet versibus 735 et 736, vox *πάλιν* manifestum vestigium mihi videtur continere, hic quoque non

tam gaudio mortis Lyci, quam reditus Herculis motum chorum lacrimas fundere et sententiam illam, quam Pflugk restituit, inesse in versibus. Sed ὁ γᾶς ἄναξ simpliciter positum non de Hercule, sed de Lyco modo vidimus posse dici. En, habes, quo referas verbum πάρος, quod cum verbo ἤλπισεν coniunctum offendit. Hercules, ut in stropha ὁ πρόσϑ' ἄναξ, ita in antistropha ὁ πάρος γᾶς ἄναξ nominatur.

Locus iam ita mihi videtur esse restituendus:

ἔμολε πάλιν ἔμολεν, | οὔποτ' ἃ διὰ φρενῶν
ἤλπισ' ἂν, ὁ | πάρος γᾶς ἄναξ.

3) Eur. Herc. 1023 pro σὺ δὲ τέκνα τρίγονα τε(κόμενος, ὦ τάλαν) scripserim:

σὺ δὲ τρί|γονα τέκνα τε(κόμενος, ὦ τάλαν),

qua collocatione apte verbum compositum τρίγονα urgetur, cum conferatur hoc loco Hercules, qui tres liberos suos occiderit, cum Procna unius liberi interfectrice.

4) Eur. Phoen. 299 b verba (τί μέλλεις ὑπώ)ροφα μέλαϑρα περᾶν fortasse ita transponenda sunt

(τί μέλλεις ὑπώ)ροφα περᾶν μέλαϑρα,

qua transpositione apte separatur adiectivum a suo substantivo verbo interposito.

5) Eur. Bacch. 1007 (τὸ σοφὸν οὐ φϑόνῳ χαίρω ϑηρεύου)σα, τὰ δ' ἕτερα μέγαλα transposuerim ita:

(τὸ σοφὸν οὐ φϑόνῳ χαίρω ϑηρεύου)σα, τὰ δὲ μέγαλ' ἕτερα.

Facili denique mutatione sanantur hi duo loci:

1) Ar. av. 1193 b, ubi pro lectione ita tradita ὃν Ἔρεβος ἐτέκετο hoc restituerim; ὃν Ἔρεβος τέκετο.[1]

2) Eur. Iph. Taur. 877, qui locus in codicibus et in plerisque editionibus ita legitur:

(τίνα σοι πόρον εὑρομένα) πάλιν ἀπὸ πόλεως (ἀπὸ φόνου πέμψω|
πατρίδ' ἐς Ἀργείαν),

quamquam absurdum est ἀπὸ πόλεως.

[1] Aoristum augmento syllabico carentem in stropha dochmiaca e. g. adhibuit Euripides Iph. Taur. 854 ἐγὼ δ' ἁ μέλεος οἶδ', ὅτε φάσγανον δέρᾳ ϑῆκέ μοι μελεόφρων πατήρ.

E coniecturis, quas recentiores viri critici temptaverunt, ambigo utrum amplectar Koechlyanam *ἀπὸ ξένας*, ad quod *πολεως* ut glossema sit additum, an eam, quam Wecklein (Stud. zu Eurip. p. 396) proposuit: *αὖ πάλιν ἀπ' ὀλέθρου.*[1]

§ 15.

Ex 39 dochmiis igitur classis III, in quibus videbatur esse omissa caesura post tertiam syllabam brevem (cfr. p. 38), 11 tantum supersunt, 3 Aeschylei, 1 Sophocleus, 6 Euripidei, 1 Aristophoneus, e quibus 7 exhibent incisionem post priorem duarum brevium syllabarum, in quas thesis altera est soluta, id est post quartam dochmii syllabam:

1) Aesch. Suppl. 691 b (*πρόνομα δὲ βοτὰ τώς*) *πολύγονα τελέθοι,*

2) Ag. 1173 a *ἑπόμενα προτέροις* (*τάδ' ἐφημίσω*), quem locum editores aut cum Pauwio restituerunt ita: *ἑπόμενα προτέροισ(ι τάδ' ἐφεμίσω)* aut cum Weilio ita: *ἑπόμηνα προτέροις* (*τάδ' ἐπεφημίσω*),

3) Eum. 256 b (*λάθῃ φύγδα βὰς*) *ματροφόνος ἀτίτας,*

4) Soph. El. 1246 a *ἀνέφελον ἐπ|έβαλες,* (*οὔποτε καταλύσιμον*),

5) Eur. Or. 177 a *ἐρεβόθεν· ἴθι, μόλε* (*μόλε κατάπτερος*),

6) Hel. 694 b *κακόποτμον ἀραίαν,*

7) Ar. Ach. 390 a *σκοτοδασυπυκνότριχά(τιν' Ἄϊδος κυνῆν)*; duo ante ultimam longam solutam vel post syllabam sextam (et simul post priorem duarum brevium syllabarum, in quas soluta est thesis prima):

8) Eur. Or. 150 b *χρέος ἐμόλετέ ποτε,*

9) Hel. 627 c *περί τ' ἐπέτασα χέρα*[2]; duo tantum versus Euripidei exhibent caesuram post secundam thesin solutam (et simul post priorem duarum brevium syllabarum, in quas soluta est thesis prima):

---

[1] Minus placet coniectura Bergkiana: *πάλιν ἀποστελῶ σ'* et Schmidtiana *πάλιν ἀποπρὸ νεώ σ'*. [2] Ita Hermannus scripsit, cum traditum esset *περιπετάσασα χέρα.*

10) Eur. Or. 150 a λόγον ἀπόδος ἐφ' ὅ τι (χρέος ἐμόλετέ ποτε),

11) Hel. 696 ὅτε μέλαθρα λέχεά τ'(ἔλιπον οὐ λιποῦσ').

Hic numerus exiguus non solum dochmiorum post syllabam quartam, sed etiam dochmiorum post secundam thesin solutam incisorum, quo loco dochmiorum et forma primitiva et thesi prima sola soluta insignium maximam partem caesuram exhibere ostendimus, satis demonstrare mihi videtur poetas consulto et abstinuisse in dochmiis thesibus solutis decurrentibus hac caesura et incidisse omnes hos dochmios post primam thesin.

Cur autem in hac dochmiorum classe a regula generali recesserint poetae, vix aliam puto causam posse reperiri, quam quod necesse fuerit vacuo tempore compensari arsin inter duas theses solutas per syncopam sublatam.

Stabilitur igitur denuo coniectura nostra, pede dochmio qui dicitur effici tripodiam iambicam syncopa arseos secundae conspicuam.

Paucos illos versus undecim, qui huic coniecturae obstare videntur, ne opus quidem est omnes mutari. Possint enim ii, qui a syllaba brevi incipiunt, esse tripodiae iambicae primo pede syncopatae (⋀ ⏕ ⏑ ⏕ ⏑ $\overset{\smile\smile}{-}$), quos versus haud raro occurrere consociatos dochmiis infra exponetur. Favet autem huic explicationi, quod nullus horum versuum cohaeret cum versu praecedente eiusdem vocabuli vinculo, sed omnes a prima novi vocabuli syllaba incipiunt, ut quominus initio versus pausa statuatur, nihil impediat. Nec dubitamus hoc modo explicare versus, qui in canticis occurrunt, quorum dochmiis etiam aliae tripodiae iambicae aut ὁλόκληροι aut extra pedem secundum syncopatae admixtae sunt. Itaque illum versum ex Aesch. Ag. prolatum:

1173 a ἑπόμενα προτέροις nec non strophicum:
1162 τί τόδε τορὸν ἄγαν (ἔπος ἐφημίσω;),

a quo altera pars strophae continens chori cantum incipit, ita describemus ⋀ ⏕ ⏑ ⏕ ⏑ —, cum praesertim etiam prior pars, quae vaticinia Cassandrae complectitur, a tripodia iambica incipiat:

v. 1156a (ἰώ) γάμοι γάμοι Πάριδος (ὀλέθριοι φίλων).
ant. 1167 (ἰώ) πόνοι πόνοι πόλεος (ὀλομένας τὸ πᾶν).

Idem cadit in versus tres, quos ex Eur. Or. attuli, qui in cantico leguntur, cuius initium facit tripodia iambica primo pede syncopata ∧— | ∪ — | ∪ —

v. 140 σῖγα σῖγα, λεπ(τὸν ἴχνος ἀρβύλης).
ant. 153 πῶς ἔχει; λόγον (μετάδος, ὦ φίλα).

Hanc unius alteriusve ex illis undecim dochmiis rationem esse persuasum habeo ac perpaucos superesse, in quibus mutatione indigeat lectio tradita.

Probatur igitur omnino haec regula, in versibus dochmiacis thesibus solutis decurrentibus fieri caesuram post tertiam syllabam. Omnes coniecturae, quibus dochmii hac forma insignes efficiuntur carentes illa caesura, ob id ipsum sunt reiciendae velut Aesch. Ag. 1410, ubi hoc est traditum:

δαμοθρόους τ' ἀρὰς
ἀπέδικες ἀπέτεμες· ἄπολις δ'ἔσει,

et Weiliam coniectura: (δαμόθροός γ'ἀρὰ) σ'ἀπέδικέ σ'ἀπέταμεν et quod Dindorf in adnotat. poet. scaen. Graec. proponit:

(θαμόθροός σ' ἀρὰ) ἀπέδικεν ἀπέταμεν (ἀπόπολις δ'ἔσει).

Fortasse facili mutatione lectionis Weilianae scribendum est:

σ' ἀπέδικέν σ' ἀπέταμ' | ἀπόπολις δ'ἔσει.

Item Soph. Oed. R. 1350, ubi traditum est:

(ὄλοιθ', ὅςτις ἦν, ὃς ἀγρίας πέδας) νομάδος ἐπιποδίας (ἔλαβέ μ' ἀπό τε φόνου),

irrita est et Elmsleiana coniectura, quam Dindorf recepit:

νομάδ' ἐπιποδίας

et Bothiana, quae Bergkio et Hartungo est probata:

νομὰς ἐπιποδίας.

Item Ar. av. 1265 (μηδέ τιν' ἱερόθυτον) ἀνὰ δάπεδον ἔτι non cum Meinekio ἂν ante ἔτι inserendum est ad dochmium explendum, sed fortasse cum Christio (Metr. 2. p. 439) scribendum

ἀνὰ [τὸ] δάπεδον ἔτι.

§ 16.

Nunc perlustremus pauca dochmiorum exempla, quorum thesis secunda sola est soluta. Ne in horum quidem fere ullo omissam esse caesuram ante thesin solutam (id est post syllabam secundam) par est. Exempla vero haec sunt:

1) Aesch. Sept. 86 b *θεαί τ', ὀρόμενον,* nisi pro *ὀρόμενον* malis legere *ὄρμενον* || 2) 127 a *σύ τ' ὦ Διογενὲς* || 3) Suppl. 430 b *δίκας ἀγομέναν* || 4) ant. 435 b *μένει δορὶ τίνειν* || 5) 635 b *κτίσαι μάχλον Ἄρη* || 6) ant. 648 b (*δυςπόλεμον, τὸν οὔ*)*τις ἂν δόμος ἔχοι* || 7) et 8) Eum. 791 a : 821 a *ἰὼ μεγάλα τοι* || 9) Soph. Ai. 879 b *τίς ἂν φιλοπόνων* || 10) Ant. 1289 *τί φῄς, τίνα λέγεις* (*νέον μοι νέῳ*[1]) || 11) Eur. Ion. 784 a *πῶς φῄς; ἄφατον ἄρ*(*ρητον ἀναύδητον*) || 12) Troad. 247 *τοὐμὸν δὲ τίς ἄρ' ἔλα*(*χε τέκος, ἔννεπε*) || 13) Hel. 655 b (*ἐμὰ δὲ δάκρυα χαρ*)*μονᾶν πλέον ἔχει* || 14) Iph. Taur. 840 *πρόσω τάδ' ἐπέβα,* quod Nauck et Weil ita transponunt: *τάδ' ἐπέβα πρόσω* || 15) Or. 146 a *λεπτοῦ δόνακος, ὦ* || 16) ant. 158 a *ὕπνου γλυκυτάταν* || 17) 344 a *λάβροις ὀλεθρίοι*(*σιν ἐν κύμασιν*) || 18) 1267 *κόρας διαδότε δι*(*ὰ* eqs. cfr. p. 57) || 19) 1306 a *δόρει*[2] *παρὰ ποταμόν* || Huc addiderim hos versus Sophocleos a me supra restitutos (p. 48) 20, et 21, Soph. Oed. rex 1313 : 1320 (*ἰώ*) *σκότου νέφος ἐμὸν ἀ*(*πότροπον, ἐπιπλόμενον*) ant. (*ἰώ*) *φίλος, σὺ μὲν ἐμὸς ἐ*(*πίπολος ἔτι μόνιμος*) et 22) Euripideum Hel. 650 *πόσιν* [*πόσιν*] *ἔχομεν* (cfr. p. 43.)

Tres versiculi, qui huic regulae obstare videntur, Aesch. Eum. 840 b : 873 b (*πνέω τοι μένος*) *ἅπαντά τε κότον,* Eur. Hipp. 815 c (*ἀνοσίῳ τε συμφορᾷ σᾶς χερὸς*) *πάλαισμα μελέας,* ut taceam quam male ex parte traditi sint, contenderim non dochmios esse, sed tripodias iambicas tertio pede syncopatas (◡ — ◡ ◡◡ ⌙).[3] Ceterum non male Engerus locum Euripideum sic restituit (Philol. XII p. 418):

(*ἀνοσίῳ τε συμφορᾷ σᾶς πάλαι*)*σμα μελέας χερός.*

---

[1] Sic Hermannus restituit dochmios ita traditos: *ὦ παῖ τίνα λέγεις μοι νέον λόγον.* [2] *δόρει* Hermannus scripsit pro *δορὶ* tradito. [3] De hac forma cfr. § 18.